





CONSONANTIA
EVANGELICA
ſeu potius.


QVATVOR EVAN-
geliorum in vnam, eamq́ue continu-
am narrationis ſeriem, ſeruato tem-
porum rerumq́ue geſtarum ordine,
non minus apta quàm fide-
lis concatenatio.

SIMONE A CORROY
Celeſtino auctore.




ANTVERPIAE,
Apud Petrum Bellerum, ſub
Scuto Burgundico.
Anno, M.D.IXC





PRÆFATIO.



Vis primus sacrosancti Euangelij historias in vnum veluti corpus redegerit, inter eos, qui Ecclesiasticam historiam contexuerunt, non satis constat: alijs ad Ammonium Alexandrinum, Origenis præceptorẽ, alijs ad Tatianum, Ammonio paulo superiorem; pulcherrimum hoc inuentum referentibus. Quisquis tamen is fuit, rem profectò in primis frugiferam excogitauit, eaq; tempestate prorsus necessariam. Iam tum enim plerique emerserant (in quibus erat & Porphyrius, pertinacissimus

nacißimus Christiani nominis hostis) qui miro quodam humanæ sapientiæ supercilio elati, petulantia plus quàm rabiosa in nostram religionem, atque adeò in ipsos sacri Euangelij scriptores inueherentur: in quorum scriptis pleraque pené ex diametro secum pugnantia deprehendi calumniabantur, pleraque etiam tam irreconciliabili διαφωνία à se inuicem dißidentia, vt omnem sibi mutuò fidem abrogarent. Quorum profectò impudentiæ retundendæ commodior ratio excogitari non potuit, quàm vt seruato temporum rerumq; gestarum ordine, quatuor Euangeliorum contextus, in vnam, eamq; perpetuam narrationis seriem redigerentur: eoq; modo falsa illa dissonantiæ calumnia nullo negotio confutaretur. Verum cùm laudatißimum illud Ammonij opus (video enim tam vsum obtinuisse, vt Ammonio id potius, quam Tatiano adscribatur) eadem temporum iniuria, qua innumera clarißimorum virorum monimenta perierunt, multis iam seculis esset de-

sidera-

sideratum, tandemq; semilacerum prorsusq; mutilatum in lucem prodijsset: tantæ iactu ræ indignitate commotus Ioannes Gerson, *acutissimus nostræ professionis theologus, idem ab integro argumentum tractandum suscepit. Qua quidem in re etiamsi summa cum dexteritate sit versatus, non nihil tamen alijs post se scribendi, loci videtur reliquisse. Sunt enim in eius viri* Monotessaro *(quod certè dissimulari non potest) quædam prorsus hiulca, quædam intempestiua & alieno loco inserta, quædam etiam redundantia, & citra vllam necessitatem repetita: adeò vt non immerito à* Theodorico *quodam, ordinis* Carthusianorum *monacho, resectis ijs quæ superflua videbantur, in compendium redactum esse existimetur. Quamobrem cum ipse mihi priuatim Euangelicæ historiæ breuiarium concinnare statuissem (nihil enim minus id temporis, quàm de eo in publicum emittendo cogitabam) illud mihi in primis curæ fuit, vt* Ammonij *fragmentum,* Eusebij Canones, *&* Augustinum

de Euangeliorum concordia, cum Gersonis Monotessaro quàm diligentissimè conferrem, eorumq; omnium sententijs diligentius expensis, illius potissimum iudicio subscriberem, qui temporis ordinisq; (nam de re ipsa inter hosce omnes nihil est controuersia) exactissimam rationem habuisse videretur. Vix enim quicquam in toto hoc negotio maiorem nobis molestiam exhibuit, quam vt suo quæque loco digereremus, & vbique tum loci, tum temporis memores, nusquam rei gestæ ordinem turbaremus. Cùm etenim triplicem in contextu Euangeliorum ordinem obseruatum videamus, vt modò res, quo gesta est tempore locóque commemoretur, modò multò antè quàm gereretur, per quandam veluti præoccupationem anticipetur: interdum etiam aliquantò post, quàm gesta sit, veluti per commemorationem referatur: infiniti profectò negotij fuit, suum cuique locum tempusq; attribuere. Præterea cùm pleraque in sacri Euangelij historijs occurrant, quæ tamen inter se affinitatem habe-

habeant, vt eadem prorsus videantur, diuersis tamen locis temporibúsve aut gesta sunt, aut dicta: beneuolum lectorem etiam atque etiam admonitum velim, ne temerè iudicet eadem hic sæpius esse inculcata: sed id potius, quod res est, existimet, omnino necesse fuisse, vt res quantumuis similes, attamen diuersæ, diuersis in locis commemorarentur. Ad hæc, vt quadam etiam ordinis luce legentium memoriæ consulerem, opus vniuersum in tres præcipuas partes ita digessi, vt prima Æternam Christi generationem, ac eius in hunc mundum Ingressum: secunda, Progressum, hoc est, conuersationem, signa, & doctrinam: tertia Egressum, id est passionem, resurrectionem & ascensionem contineret. Porrò quod ad translationis fidem attinet, à vulgata editione, quam vocant, nusquam desciuimus: lectionum tantùm varietates, quæ alicuius momenti videbantur, ex recentiorum versionibus margini adscripsimus, easque nota huiusmodi* præfixa, à reliquis distinximus.

Quod

Quod verò ad ea testimonia pertinet, quæ passim ex Veteri Testamento *toto hoc ope re citantur, diligenter ea cum suis fontibus, vnde hausta sunt, contulimus, & siqua in re ab ijs discreparentur, obiter annotauimus.* Nam *si quid in ijs esset, quod in veteris instrumenti libris non legeretur, id signo huiusmodi † prodidimus, & contrà si quid illic esset, quod hîc desideraretur, id quoque, huius figuræ notæ § præfixa, in gratiam lectoris indicauimus.* Illud *præterea hic admonendum duxi, quatuor literis maiusculis passim contextui insertis,* Euangelistarum *nomina,* M, *videlicet* Matthæi. R, Marci: L, Lucæ: I, *denique* Ioannis *denotari: idquè eo potissimum à nobis factum esse consilio, vt his ipsis literis nullo negotio lector doceatur, quid vnicuique eorum referri debeat acceptum.* Euangeliorum *quoque, quæ diebus dominicis, præcipuisquè totius anni festis in* Ecclesia *leguntur, succinctum* Indicem *adiecimus: eaquè in ipso contextu duabus notis indicauimus: altera, quæ hu-*

busmo-

iuſmodi eſt, [ad caput, altera huiuſmodi] ad calcem appoſita. Vocum præterea obſcuriorum, quæ toti operi paſsim aſperſæ, lectorem parum exercitatum nonnihil poterant remorari, interpretationem adiecimus: idquè obſeruato primarum literarum ordine, ut ſine ullo temporis diſpendio omnia ſeſe lectori facilius offerri poſsint.


Consonantiæ

Euangelicæ Liber primus.

Christi in huuc mundum Ingressum, ac eius AEternam continens generationem.

De Æterna Christi generatione. Ioannis. I.

CAPVT. I.



N principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est * nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris [A

ne vnũ quidem

nebris

nebris lucet,& tenebræ eam non comprehenderunt.

De Annuntiatione, & Conceptione Ioannis Baptistæ.

Luc. I. Cap. II.

B FVit in diebus Herodis regis In Iudæa
Iudææ sacerdos quidã nomi
ne Zacharias,de vice Abia , & vx-
or illius de filiabus Aaron , & no-
men eius Elizabeth. Erant autem
ambo iusti ante Deum, incedẽtes
in omnibus mandatis, & iustifica
tionibus domini,*sine querela. Et *irreprehẽsibiles
non erat illis filius , eo quòd esset
Elizabeth sterilis,& ambo proces In mense
sissent in diebus suis. Factum est Septẽbri
autem, cũ sacerdotio fungeretur Le. 16. d.
Zacharias in ordine vicis suæ ante DEVM, secundum consuetudinem sacerdotij,sorte exiit, vt incensum poneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multitu-
B do populi erat orans foris hora in
censi,

censi. Apparuit autem illi angelus
Domini, stans à dextris altaris in- C
censi. Et Zacharias turbatus est vi
dẽs, & timor irruit super eum. Ait
autem ad illũ Angelus: Ne timeas
Zacharia, quoniam exaudita est de
precatio tua & vxor tua Elizabeth
pariet tibi filium, & vocabis nomẽ
eius Ioannẽ. Et erit gaudium tibi,
& exultatio: & multi in natiuita-
te eius gaudebunt. Erit enim mag
nus corã domino, & vinum & si-
ceram non bibet: & Spiritu sancto
replebitur adhuc ex vtero matris
suæ Et multos filiorum Israël cõ
uertet ad Dominum Deum ipso-
rum . Et ipse præcedet ante illum
in spiritu & virtute Heliæ, vt con
uertat corda patrum in filios, & in
credulos ad prudentiam iustorũ:
parare domino plebem perfectã.]
Et dixit Zacharias ad angelũ: Vn- D
de hoc sciam? Ego enim sum senex
& vxor mea processit in diebus
suis

ſuis, & reſpondens angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, qui adſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare: Et ecce erit tacens, & nō potens loqui vſque in diem, quo hęc fięnt: †pro eo, quòd nō credidiſti verbis meis quæ implebuntur in tempore ſuo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipſe in templo. Egreſſus autem nō poterat loqui ad illos: & cognouerunt, quòd viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat innuens illis, & permanſit mutus. Et factum eſt, vt impleti ſunt dies *officij eius, abijt in domum ſuam. Poſt hos autem dies concepit Elizabeth vxor eius, & occultabat ſe menſibus quinque, dicens: Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.

*miniſterij.

De conceptione Saluatoris

toris

toris. Lucæ 1.

Cap. III.

IN mẽse autem sexto [missus est A.
angelus Gabriel à Deo in ciuita
tem Galilææ, cui nomen Naza-
reth, ad virginem desponsatam vi-
ro, cui nomen erat Ioseph, de do-
mo Dauid: & nomen virginis Ma-
ria. Et ingressus angelus ad eam, di-
xit: Aue gratia plena, Dominus
tecum, benedicta tu in mulieribus.
Quæ cũ audisset, turbata est in ser-
mone eius: & cogitabat qualis es-
set ista salutatio. Et ait angelus ei:
Psal. 7.c. Ne timeas Maria, inuenisti enim
gratiam apud Deum. Ecce conci-
pies in vtero, & paries filium, et vo-
cabis nomen eius Iesum. Hic erit
Psal. 2.c. magnus & filius altissimi vocabi
tur. Et dabit, illi Dominus Deus
sedem Dauid patris eius, & reg
nabit in domo Iacob in æternum,
Dan. 7.d & regni eius non erit finis. Dixit
autem

autem Maria ad angelum : Quo
modo fiet iſtud, quoniam virum
non cognoſco ? Et reſpondens an
gelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſu
perueniet in te, & virtus altiſsimi
obumbrabit tibi. Ideoq; & quod
naſcetur ex te ſanctum, vocabitur
filius Dei. Et ecce Eliſabeth cog-
nata tua & ipſa concepit filium in
ſenectute ſua. Et hic menſis ſextus
eſt illi, quæ vocatur ſterilis : quia
non erit impoſsibile apud Deum
omne verbum. Dixit autem Ma-
ria: Ecce ancilla Domini, fiat
mihi ſecundum verbum tuum.] I.
Et verbum caro factum eſt, & ha
bitauit in nobis. L. Et diſceſsit ab
illa angelus.

De viſitatione Elizabeth per
Mariam. Lucæ. 1. Cap. IIII.

[A EXurgens autem Maria, abiit in montana cum feſtinatione, in ciuitatem Iuda; & intrauit in- *Circa finē Martij.*

domum Zachariæ, & salutauit E-
lizabeth. Et factum est vt audiuit
subsi- salutationē Mariç Elizabeth, ex-
liit. ultauit infans in vtero eius. Et re-
pleta est Spiritu sancto Elizabeth,
& exclamauit voce magna, & di-
xit: Benedicta tu inter mulieres,&
benedictus fructus ventris tui. Et
vnde hoc mihi, vt veniat mater do
mini mei ad me? Ecce enim vt fa-
cta est vox salutationis tuæ in au-
ribus meis, exultauit in gaudio in
fans in vtero meo. Et beata quæ
credidisti, quoniā perficiētur in te
quæ dicta sunt tibi à Domino. Et
ait Maria: Magnificat anima mea
*subsi- Dominum. Et * exultauit spiritus B
liit. me⁹ in Deo salutari meo. Quia re
spexit humilitatem ancillæ suæ, ec
ce enim ex hoc beatā me dicent
oēs generationes. Quia fecit mihi
magna qui potens est, & sanctū no
mē eius. Et misericordia eius à pro
genie in progenies timētibus eū.
Fecit

Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mēte cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede,& exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis,& diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula.] Mãſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus.

De ortu & circumſione Ioannis Baptiſtæ.

Lucæ. I.

Cap. V.

A ELizabeth autem impletũ eſt tempus pariendi,& peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum eſt in die octauo, venerunt circuncidere puerum:& vocabant [In Iudæa menſe Iunij.]

eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illã: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Et posuerunt omnes, qui audierant, in corde suo, dicẽtes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius impletus est Spiritu sancto, & B
prophetauit dicens: Benedictus C
Dominus Deus Israël, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis

bis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis, nobis, in domo Dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt, prophetarum eius. Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi. In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris. Et tu puer, propheta altiſsimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionem peccatorum eorum, Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos, oriens ex alto, Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis

ſedent, ad dirigendos pedes no-
ſtros, in viam pacis.] Maria autem
reuerſa eſt in domum ſuam.

De temporali genealogia Chriſti. Matthæi. 1.

Cap. VI.

[LIber generationis Ieſu Chri- A
ſti, filij Dauid, filij Abraham.
Abraham genuit Iſaac: Iſaac autẽ
Ge.29.g. genuit Iacob: Iacob autem genu-
& .3.8.g it Iudam, & fratres eius: Iudas au-
tem genuit Phares, & Saram, de
Thamar: Phares autem genuit
Eſrom: Eſrom autem genuit Aram.
Aram autem genuit Aminadab:
Aminadab autem genuit Naaſon:
Naaſon autem genuit Salmon:
Salmon autem genuit Booz de
Raab: Booz autem genuit Obeth
Ruth. 4.d ex Ruth: Obeth autem genuit Ieſ-
ſe: Ieſſe autem genuit Dauid Re-
gem: Dauid autem Rex genuit
Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ:
Salo-

Salomon autem genuit Roboam:
Roboam autem genuit Abiam:
Abia autem genuit Aza: Aza au-
tem genuit Iosaphat: Iosaphat
autem genuit Ioram: Ioram au-
tem genuit Oziam: Ozias autem
genuit Ioathan: Ioathan autem
genuit Achaz: Achaz autẽ genuit 2.par.36.
Ezechiam: Ezechias autem ge- a.b
nuit Manassen: Manasses autem
genuit Amon: Amon autem ge-
nuit Iosiam: Iosias autem genuit
§ Ieconiam: & fratres eius, in §Iohanã:
* transmigratione Babilonis. Et Iohanan
post transmigrationem Babylo- autem ge-
nis, Ieconias genuit Salathiel: Sa nuit.
lathiel autem genuit Zorobabel: *exilio
Zorobabel autem genuit Abiud:
Abiud autem genuit Eliachim:
Eliachim autem genuit Azor: A-
zor autem genuit Sadoch: Sadoch
B autem genuit Achim: Achim au-
tem genuit Eliud: Eliud autem ge
nuit Eleazar: Eleazar autẽ genuit

Mathan: Mathan autem genuit Iacob: Iacob autem genuit Ioseph, C
virum Mariæ: de qua natus est Ie-
sus, qui vocatur Christus.] Om-
nes ergo generationes ab Abraham
vsque ad Dauid, quatuordecim: &
à Dauid vsque ad transmigrationem
babylonis, generationes quatuor-
decim: & à transmigratione Ba-
bylonis, vsque ad CHRIS-
TVM, generationes quatuorde- D
cim. CHRISTI autem * gene-
ratio sic erat: [Cùm esset despon-
sata mater eius Maria Ioseph, antè
quàm conuenirent, inuenta est ha-
bens in vtero de Spiritu sancto. Io-
seph autem vir eius cùm esset iu-
stus, & nollet * traducere eam,
voluit occultè dimittere eam. Hæc
autem cogitante eo, ecce angelus
Domini in somnis apparuit ei, di-
cens: Ioseph fili Dauid, noli time-
re accipere Mariam coniugem tuã:
quod enim in ea * natum est, de
Spiritu

*natiuitas.
*infamare.
*conceptum

Spiritu ſancto eſt. Pariet autem fi-
E lium, & vocabis nomen eius IE-
SVM. Ipſe enim ſaluum faciet
populum ſuum à peccatis eorum.]
Hoc autem totum factum eſt, vt
adimpleretur, quod dictum eſt à
Domino per prophetam dicentem
Ecce virgo * in vtero habebit, & *erit
pariet filium, & vocabitur nomen præg
eius Emanuel, quod eſt interpreta- nans.
F tum, nobiſcum Deus.* Exurgens au *Excita
tem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præ tus
cepit ei angelus Domini: & accepit
coniugem ſuam, & non cognoſce-
bat eam, donec peperit filium ſuum
primogenitum. Et vocauit nomen
eius IESVM.

De Natiuitate Chriſti.

Lucæ. 2.

Cap. VII.

A FActum eſt autem in diebus il *In Beth-*
lis: [Exiit edictum à Cæſare *lehē men*
Auguſto, vt deſcriberetur vniuer- *Decēbri.*

ſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo quod eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Factum eſt autem cum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret: & peperit filium ſuum primogenitum. Et pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio: Et paſtores erãt in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregem ſuum. Et ecce angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulſit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit angelus illis: Nolite timere: Ecce enim euangelizo vobis

bis gaudium magnum, quod erit
omni populo: quia natus eſt vo-
bis hodie ſaluator, qui eſt Chri-
ſtus Dominus, in ciuitate Dauid.
Et hoc vobis ſignum: Inuenietis
infantem pannis inuolutum, & po
ſitum in præſepio. Et ſubitò facta
eſt cum angelo multitudo militiæ
B cæleſtis, laudantium Deum, &
dicentium: Gloria in altiſsimis
Deo, & in terra, pax § hominibus § in
bonæ voluntatis.] Et factum eſt,
vt diſceſſerunt ab eis angeli in cœ
lum. [Paſtores loquebantur adin-
C uicem: Tranſeamus vſque Beth-
leem, & videamus hoc verbum,
quod factum eſt, quod Dominus
oſtendit nobis. Et venerunt feſti-
nantes, & inuenerunt Mariam &
Ioſeph, & infantem poſitum in
præſepio. Videntes autem cogno-
uerunt de verbo, quod dictum
erat illis de puero hoc. Et omnes
qui audierunt mirati ſunt, de his

 quæ

quæ dicta erant à pastoribus ad ip-
sos. Maria autem conseruabat om- D
nia verba hæc, conferens in corde
suo. Et reuersi sunt pastores, glo-
*super omnib. rificantes & laudantes Deum *in
omnibus quæ audierant & vide-
rant, sicut dictum est ad illos.

De circuncisione Christi.

Lucæ 2.

Cap. VIII.

[ET postquam consummati sunt A
Leu.12.a. dies octo, vt circunciderettur
puer, vocatum est nomen eius Ie-
sus: quod vocatum est ab ange-
lo, priusquam in vtero conciperetur.]

De aduentu Magorum.

Matthæi 2. Cap. IX.

[CVm ergo natus esset Iesus in A
Bethleem Iudæ, in diebus He-
rodis Regis, ecce Magi ab Oriente
venerunt Hierosolymam, di-
centes:

centes: Vbi est, qui natus est, Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & *venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis
C Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes Principes sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: in Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda: ex te enim exiet § dux, qui regat populum meum Israël.
D Tunc Herodes clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent Regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant

*accessimus.

Mich. 5. a

§ mihi

in

in Oriente, antecedebat eos, vsq; dum veniens staret supra, vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, &

Psal. 71 .*b* procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrhã

oraculo moniti. Et respõso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.]

De Præsentatione Christi in templo. Lucæ 2. Cap. X.

[ET postquam impleti sunt dies A

Secunda Februarij purgationis eius, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum,

*Ex.*13.*a* adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. Et vt darent hostiam

ſtiam Domino, ſecundum quod
dictum eſt in lege Domini, Par Num,8.6
turturum, aut duos pullos colũba- Le.12.6,
rum. Et ecce homo erat in Hieru-
ſalem, cui nomen Simeon. Et ho-
mo iſte iuſtus & * timoratus, expe *pius.
ctans conſolationem Iſraël: & Spi
ritus ſanctus erat in eo. Et reſpon-
ſum acceperat à Spiritu ſancto, nõ
viſurum ſe mortem, niſi prius vi-
deret Chriſtum Domini. Et venit
in ſpiritu in templum. Et cùm in-
ducerent puerum Ieſum parentes
eius, vt facerent ſecundum con-
ſuetudinem legis pro eo & ipſe ac
cepit eum in vlnas ſuas, & benedi
B xit Deum, & dixit: Nunc dimittis
ſeruum tuum Domine, ſecundum
verbum tuum in pace. Quia vi-
derunt oculi mei ſalutare tuum,
Quod paraſti ante faciẽ omnium
populorum: Lumen ad reuelatio-
nem gentium, & gloriã plebis tuæ
Iſraël.] [Et erant pater eius &
ma-

mater mirantes super ijs, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis
Psa. 8.c Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël & in signum, cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reueletur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Azer. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septē à virginitate sua. Et hæc vidua vsq; ad annos octogintaquatuor: quæ nō discedebat de tēplo, ieiuniis & obsecrationibus seruiēs nocte ac die
* assistēs Et hæc ipsa hora * superueniens
§ vicissim. § confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabāt redemptionē * Israël. Et vt
* In Hierusalem. perfecerunt omnia secundū legem Domini, reuersi sunt in Galilæā, in ciuitatem suam Nazareth. Puer C

autem

autem crescebat, & * confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo.] * corroborabatur.

De fuga in AEgyptum, & nece innocentium, regressuq; ex AEgypto.

Matthæi. 2.

Cap. XI.

CVm magi recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi, vsque dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum illum.] A

B Qui* consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentē: Ex Aegypto vocaui filiū meum. Tunc Herodes *excitatus. *Osee.* 11.

videns,

videns, quoniam illusus esset à
Magis, iratus est valde, & mittens C
occidit [*anno revoluto à nativitate
Christi*] omnes pueros, qui erant in
Bethleem, & in omnibus finibus
eius, à bimatu & infra, secundum
tempus quod exquisierat à Magis.
Tunc adimpletum est quod dictũ
Hier. 31.c est per Hieremiam prophetam di-
centem. Vox in rama audita est,
§lamenta- § ploratus & *vlulatus multus. Ra D
tio. chel plorans filios suos, & noluit
*fletus. consolari quia non sunt.] [De-
functo autem Herode [*anno septi-
mo ab huiusmodi fuga*] ecce apparuit
angelus Domini in somnis Io-
seph in Aegypto, dicens: Surge, &
accipe puerum, & matrem eius, &
vade in terram Israël: defuncti
sunt enim, qui quęrebant animam
pueri, Qui consurgens, accepit
puerum & matrem eius, & venit
in terram Israël. Audiens au- E
tem, quod Archelaus regnaret

in Iu-

in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire. Et admonitus * in ſomnis, ſeceſsit in partes Galilçç, & veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quòd dictum eſt per prophetam: Quoniam Nazaræus vocabitur.] (*oraculo)

De habitatione Ioannis in deſerto. *Lucæ.I.* Cap. XII.

A PVer autem [*Ioannes*] creſcebat, & *confortabatur ſpiritu: & erat in deſerto vſq; in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſraël. (*potens fiebat)

De inuẽtione Chriſti in tẽplo. *Lucæ.2.* Cap. XIII.

A ET ibant *parentes eius per omnes annos in Ieruſalem in die ſolenni paſchæ [*poſtquam reuerſi ſunt ex Aegypto*] [Et cũ factus eſſet Ieſus annorum duodecim, aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti: (*Ioſeph & mater.)

consummatisque diebus cum redirent, remansit puer IESVS in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos, & non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est, B
post triduum inuenerunt eum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant super* pruden tia & responsis eius. Et videntes, *admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est, quòd me quærebatis? Nescìebatis, quia in ijs quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi C
non intellexerunt verbum quod loquutus est ad illos. Et descendit

*intelligentia

*attoniti

cum

cum eis,& venit Nazareth,& erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc in cor-
D de ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia,& ætate, & gratia apud Deum & homines.]

De Prædicandi, & Baptizandi autoritate Ioanni data à Deo. *Lucæ.* 3. *Ioan.* 1. *Mar.* 1. *Matth.* 3.

CAP. XIIII.

A ANno autē quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris,procurante Pontio Pilato Iudæā, tetrarcha autem Galilęæ Herode: Philippo autē fratre eius tetrarcha Iturçæ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilenæ tetracha, ſub principibus ſacerdotum Anna, & L.[
B Caipha, 1. Fuit homo miſſus à Deo,cui nomē erat Ioannes. Hic venit in teſtimoniū,vt teſtimoniū perhiberet de* lumine, vt omnes *luce

crederent per illum. Non erat ille
lux, sed vt testimonium perhiberet
de lumine. Erat lux vera, quæ illu-
minat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum. In mundo
erat, & mundus per ipsum factus
est, & mundus eũ non cognouit.
*sua In*propria venit, & sui eum non
receperunt. Quotquot autem re-
ceperunt eum, dedit eis potesta-
tem filios Dei fieri. his, qui credũt
in nomine eius, qui non ex sangui
nibus, neq; ex voluntate carnis, ne
que ex voluntate viri, sed ex Deo
specta- nati sunt. Et vidimus gloriam
uimus eius, gloriam* quasi vnigeniti à
*tanquã patre, plenum gratiæ & veritatis.]
L. Factum est M. in diebus illis C
L. verbum Domini super Ioan-
nem. Zachariæ filium in deserto.
R. [Ecce mitto angelum meum an
te faciem tuam, qui præparabit
*circa viam tuam ante te. L. Et venit in
Iordane omnem regionẽ*Iordanis, prædi-
cans

cans baptismum pœnitentiæ, in re
misſionem peccatorum, ſicut ſcrip
tum eſt in libro ſermonum Eſaiæ
prophetæ, ‡ Vox clamantis in de- ‡ dicens
ſerto, Parate viam domini, rectas Eſa.
facite ſemitas eius. Omnis vallis 40.a
implebitur, & omnis mós & collis
humiliabitur. Et erunt * praua in *obli-
directa, & aſpera in vias planas: & qua
videbit omnis caro ſalutare Dei.]
M. Ipſe autem Ioannes habebat
veſtimentum de pilis camelorũ, &
zonam pelliceam circa lumbos ſu-
os: Eſca autem eius erat, locuſtæ,
& mel ſylueſtre. Tunc exibant ad
eũ R. Hieroſolymitæ vniuerſi, M.
& omnis Iudæa, & omnis regio
circa Iordanem, & baptizabantur
ab eo in Iordane R. flumine, con-
fitentes peccata ſua. M. Videns au-
tem multos Phariſæorum & Sad-
ducæorum venientes ad baptiſ-
E mum ſuum ſ dixit eis, L. & ad
turbas, quæ exibant, vt bapti-

zarentur ab ipso, M. Pœnitentiam
agite, appropinquabit enim reg-
num cœlorum. Progenies & L.
genimina viperarum, quis osten-
dit vobis fugere à ventura ira? Fa-
cite ergo fructus, dignos pœniten
tiæ, & ne cœperitis dicere intra
vos: Patrem habemus Abraham.
Dico enim vobis, quoniam potés F
est Deus de lapidibus istis susci-
‡ipsi tare filios‡Abrahæ. Iam enim se-
curis ad radicem arboris posita
est. Omnis ergo arbor, quæ non
facit fructum bonum, excidetur,
& in ignem mittetur. Et interroga
bant eum turbæ, dicentes: Quid
ergo faciemus? Respondens autem
dicebat illis: Qui habet duas tuni-
*cōmu- cas, *det vnā non habenti: & qui
nicet habet escas, similiter faciat]. Vene G
runt autem & publicani, vt bapti-
zarentur, & dixerunt ad illū: Ma-
gister quid faciemus? At ille dixit
ad eos: Nihil amplius, quā quod
consti-

constitutum est vobis, *faciatis. In *exiga-
terrogabát autem eum & milites, tis
dicentes : Quid faciemus & nos?
Et ait illis: Neminem concutiatis,
neque calumniam faciatis, & con-
H tenti estote stipēdijs vestris. Existi
mante autem populo, & cogitanti
bus omnibus in cordibus suis de
Ioanne, ne fortè ipse esset Chri-
stus, respondit Ioannes, dicens om
nibus: Ego quidem aqua baptizo
vos in pœnitentiam. Qui autem
post me venturus est, fortior me
est, cuius non sum dignus M. cal-
ciamenta portare, R. & procum-
bens L. soluere corrigiam calcia-
I mentorum eius. Ipse vos baptiza
bit in Spiritu sancto & igne]: cu-
ius ventilabrũ in manu eius, & per
mũdabit & purgabit aream suam,
& congregabit triticũ in horreum
suum : paleas aũt cõburet igne in-
E extinguibili. Multa quidẽ & alia
exhortans euangelizabat populo.

De teſtimonijs Ioannis de Chriſto. Ioan. I. Cap. XV.

IOannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat, dicens: Hic erat, quem dixi, Qui poſt me venturus eſt, ante me* factus eſt, [*clarior atq; honorabilior*] quia prior me erat: et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia quia lex per Moyſen data eſt: gratia et veritas per IESVM Chriſtum facta eſt. Deum nemo vidit vnquã. [*viſione perfectæ comprehenſionis*] Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Et hoc eſt teſtimonium Ioannis quando [miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes, & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit: & cõfeſſus eſt, quia nõ ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eũ. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit, Non


*fuit

[A

B

ſum.

ſum. Propheta es tu? Et reſpondit.
C Non dixerunt ergo ei, Quis es? vt
reſponſum demus ijs, qui miſerũt
nos. Quid dicis de teipſo? Ait: E-
go vox clamãtis in deſerto, Dirigi
te viã domini, ſicut dixit Eſaias pro
D pheta. Et qui miſsi fuerant, erant
ex Phariſæis: & interrogauerunt
eum, & dixerunt ei: Quid ergo
baptizas, ſi tu non es Chriſtus, ne
que Helias, neque propheta? Re-
ſpondit eis Ioannes, dicens: Ego
baptizo in aqua: medius autem
veſtrum ſtetit, [*in templo cum eſset duodecim annorum*] qué vos neſci-
tis ipſe eſt, qui poſt me vẽturus eſt,
E qui ante me * factus eſt: cuius non *fuit
ſum dignus, vt ſoluam eius corri-
giam calciamenti. Hæc in Be-
thania facta ſunt trans Ior
danem, vbi erat Io-
annes baptizans].



LIBER SECVNDVS.

De progressu Christi.

Continens, quæ fecit, ac dixit Iesus ab eius baptismo inclusiuè, vsque ad Feriam quintam Cœnæ dominicæ. Partitur in quatuor partes: quarum Prima tricesimi anni, Secunda tricesimiprimi, Tertia tricesimisecundi, & Quarta tricesimitertij continet opera, vsque in dictam Feriam quintam facta.

De

De Christi Baptizatione.

Mat. 2. Luc. 3. Mar. 1.
Cap. I.

I
R
A



N diebus illis venit Ie- *in Iudæá*
sus à Nazareth Gali-
lęę M. in Iordanem ad
Ioannem, vt baptizare
tur ab eo. Ioannes aũt
prohibebat eum, dicens : Ego à te
* debeo baptizari, & tu venis ad *opus
me? Respondens autem Iesus, di- habeo
xit ei : Sine modò sic enim decet
nos implere omnem iustitiã. Tunc
B dimisit eum. L. [Factum est autem
cùm baptizaretur omnis populus,
& Iesu baptizato R. in Iordane,
L. & orantes R. statim ascendens
de aqua, M. ecce aperti sunt ei cœ
li, & vidit Spiritum Dei descen-
dentem sicut columbam L. cor-
porali specie, M. & venientem su-
C per ipsum. Et ecce vox de cœlo di
cens, Hic est filius meus dilectus,

in quo mihi ‡ complacui.

De Genealogia Christi.

Lucæ 3. *Cap. II.*

ET ipse Iesus erat incipiẽs an- D
norum quasi triginta, vt puta
batur filius Ioseph, qui fuit
Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Le
ui, qui fuit Melchi, qui fuit Iãne,
qui fuit Ioseph, qui fuit Matha-
thię, qui fuit Amos, qui fuit Naũ,
qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui
fuit Maath, qui fuit Mathathiæ,
qui fuit Semei, qui fuit Ioseph,
qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna,
qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel,
qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui
fuit Cozan, qui fuit Helmadan,
qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit
Eliezèr, qui fuit Iorim, qui fuit
Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Si-
meon, qui fuit Iuda, qui fuit Io-
seph, qui fuit Iona, qui fuit Elia-
chim,

chim,qui fuit Melcha,qui fuit Mē
na,qui fuit Mathata,qui fuit Na-
than,qui fuit Dauid, qui fuit Ieſ-
ſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz,
qui fuit Salmon,qui fuit Naaſon,
qui fuit Aminadab, qui fuit Arā,
qui fuit Eſrō,qui fuit Phares, qui
fuit Iudæ,qui fuit Iacob, qui fuit
Iſaac, qui fuit Abraham, qui fuit
Tharæ, qui fuit Nachor, qui ſuit
Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit
Phalech, qui fuit Heber, qui fuit
Sale,qui fuit Cainan,qui fuit Ar-
faxat, qui fuit Sem, qui fuit Noë,
qui fuit Lamech,qui fuit Mathu-
zalem,qui fuit Enoch,qui fuit Ia-
reth, qui fuit Malalehel, qui ſuit
Cainan, qui fuit Enos, qui fuit
Seth,qui fuit Adam,qui fuit Dei.
Ieſus autem plenus Spiritu ſancto
regreſſus eſt à Iordane.

De Ieiunio, & tentatione
Chriſti. *Matth.4. Marc.1.*

Lucæ.4. Cap. III.

ET ſtatim M. ſ ductus eſt Ie- R
ſus in deſertum à Spiritu, vt A
tentaretur à diabolo. R. Erat-
que cum beſtijs. M. Et cùm ieiu-
naſſet quadraginta diebus, & quà
draginta noctibus, L. nihil man-
ducauit in illis diebus, & conſum-
matis illis, M. poſtea eſurijt. Et ac-
cedens tentator L. diabolus M. B
dixit ei: ſi filius Dei es, dic vt lapi-
des iſti panes fiant. L. Et reſpon-
dit ad illum Ieſus: Scriptum eſt,
quòd M. non in ſolo pane viuit
deut.8.a homo: ſed in omni verbo, quod
procedit de ore Dei. Tunc aſſum-
pſit eum diabolus in ſanctam ciui-
tatem L. Hieruſalem, M. & ſtatuit
illum ſuper pinnaculum templi, &
dixit ei: Si filius DEI es mitte te
L. hinc M. deorſum. Scriptum eſt
eſa.90.c enim, Quia angelis ſuis mandauit
de te. L. vt conſeruent, M. & in C
mani-

manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi IESVS: rursum ſcriptum eſt, Non tentabis domimum Deum tuum. Iterum aſſumpſit eum diabolus, L. & duxit M. in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi. L. in momento temporis, M. & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia, L. & poteſtatem hanc vniuerſam M. tibi dabo: L. quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. Tu ergo procidens ſi adoraueris coram me, erunt tua omnia. M. Tunc dixit ei Ieſus: Vade Satana: ſcriptum eſt enim dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerujes. L. Et conſummata omni tentatione, diabolus receſsit ab eo, M. & reliquit eum L.
D vſq; ad tempus. M. Et ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.]

deut. 6. c & 10. d

De alijs teſtimonijs Ioãnis de

Chri-

Christo. Ioan. 1. Cap. IIII.

ALtera die [*post egressum Iesu de deserto*] [vidit Ioãnes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me *factus est: quia prior me erat, & ego *nesciebam eum: [*ita plenè sicut modo*] sed vt manifestetur in Israël propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidi spiritũ descendentem quasi columbã de cœlo, & mansit super eum: & ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, & testimoniũ perhibui, quia hic est filius Dei.]

*fuit

*nõ noueram

A

B

De prima Discipulorum vocatio-

catione, qua ad simplicem Christĩ notitiã vocati sunt. *Ioan. 1. Lucæ. 4. Cap. V.*

[I ALtera autem die stabat iterũ Ioannes, & ex discipulis eius duo: & respiciẽs Iesum ambulantẽ, dixit: Ecce agnus dei. Et audierũt eũ duo discipuli loquentẽ, & secuti sunt Iesum. Cõuersus autem Iesus & videns eos sequentes se, dixit eis: Quem quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum magister) vbi habi-
D tas? Dicit eis: Venite & videte. Venerunt & viderunt, vbi maneret, & apud eum manserunt illo die. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, vnus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eũ. [*alter vero erat ioannes euangelista, per quem iacobus frater eius fuit vocatus.*] Inuenit hic primùm fratrem

D suum

ſuum Simonem,& dixit ei: Inuenimus Meſsiam,quod eſt interpretatum Chriſtus. Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem Ieſus eum,dixit: Tu es Simon filius Ioāna,tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In craſtinum E
voluit exire in Galilæam. L. Et regreſſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus in Galilæam, I. & inuenit Philippum,& dixit ei Ieſus: Sequere
Ge.49.b me. Erat autem Philippus à Beth-
Deu.18.c ſaida ciuitate Andreæ & Petri.
eſa.40.c Inuenit Philippus Nathanaël, &
& .45.b dixit ei: Quem ſcripſit Moyſes in lege,& prophetæ, inuenimus Ieſum, filium Ioſeph à Nazareth. Et dixit Nathanaël. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dixit ei Philippus: Veni, & vide. Vidit Ieſus Nathanaël venientem ad ſe,& dicit de eo: Ecce verus Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanaël: Vnde me noſti? Reſpondit

dit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanaël, & dixit: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israël. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: *maius ijs videbis. Et dixit eis: Amen amen dico vobis, ‡ videbitis cœlum apertum, & angelos Dei ascendendentes & descendentes super filiũ hominis.]

*maiora

‡posthac

SECVNDA PARS LIBRI SECVNDI.

Continens quæ fecit, ac dixit Iesus anno ætatis suæ trigesimoprimo.

De mutatione aquæ in vinum. *Ioannis.* 2.

Cap. VI.


T tertia die ┼ nuptiæ A
factę sunt in Cana Ga
lilææ, & erat mater Ie
su ibi. Vocatus est au-
tem Iesus, & discipuli
eius ad nuptias. Et deficiēte vino,
dixit mater Iesu ad eum: Vinum
non habēt. Et dixit ei Iesus: Quid B
mihi & tibi est mulier? Nondum
venit hora mea. Dixit mater eius
ministris: quodcunque dixerit vo
bis, facite. Erant autem ibi lapideę
hydriæ sex positæ secundum pu-
rificationem Iudęorum, capientes
singulæ metretas binas, vel ternas.
Dixit eis Iesus: Implete hydrias
aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad
summum. Et dicit eis Iesus: Hau-
rite nunc, & ferte architriclino. Et C
tulerunt. Vt autem gustauit archi-
triclinus aquam vinum factum, &
non sciebat vnde esset, ministri au
tem sciebant, qui hauserant aquā
vocat sponsum architriclinus, &
dicit

dicit ei: Omnis homo * primùm bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem seruasti vinum *prius

D bonum vsq; *adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suã, & crediderunt in eũ discipuli eius. *nunc

De primo aduentu eius ad pascha: deq; vendentium eiectione è templo.

Ioan. II. Cap. VII.

A POst hoc descendit in Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus: & ⌈prope erat pascha Iudæorum. *In Iudæa*

B Et ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in tẽplo vendẽtes oues, & boues, & columbas, & nummularios sedentes. Et cùm fecisset ┼quasi flagellũ de funiculis, omnes eiecit de templo. Oues quoq;, & boues

*pecu- ues,& numulariorum effudit *ęs,
niam mi & mensas subuertit. Et ijs, qui co-
nutulá lumbas vendebant, dixit: auferte
ista hinc, & nolite facere domum
*merca- patris mei domum *negotiationis.
tus Recordati verò sunt discipuli e-
psal.68b ius, quia scriptum est: Zelus do-
mus tuæ comedit me. Responde-
runt ergo Iudæi, & dixerunt ei:
Quod signum ostēdis nobis, quia
hæc facis? Respondit Iesus & di-
xit eis: Soluite templum hoc, &
in tribus diebus excitabo illud.
Dixerunt ergo ei Iudæi: quadra-
ginta & sex annis ædificatum est
templum hoc, [*per zorobabel: nam salomon septem annis perfecit.*] & tu
tribus diebus excitabis illud? Ille
autem dicebat de templo corporis
sui. Cùm ergo surrexisset à mor- C
tuis, recordati sunt discipuli eius,
quia hoc dicebat. Et crediderunt
scripturæ, & sermoni, quem dixe-
rat Iesus. Cùm autem esset Hie-
roso-

rosolymis in pasca in die festo, mul
ti crediderunt in nomine eius, vi-
dentes signa, quæ faciebat. Ipse au
tem Iesus non credebat semetip-
sum eis, eo quòd ipse nosset om-
D nes. Et quia opus ei non erat, vt
quis testimonium perhiberet de
homine: Ipse enim sciebat, quid
esset in homine.]

De Nicodemo. *Ioan.* 3. *Cap. VIII.*

A ERat autē homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorū. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit * denuo, non potest videre regnum Dei. Dixit ad

* desuper

ad eum Nicodemus: Quomodo B
potest homo nasci, cùm sit senex?
Nunquid potest in ventrem ma-
* secūdo tris suæ *iteratò introire, & renas-
ci? Respondit Iesus: Amen amen
dico tibi, nisi quis renatus fuerit
ex aqua & spiritu sancto, non po-
test introire in regnū Dei. Quod
natū est ex carne, caro est: & quod
natū est ex spiritu, spiritus est. Nō
mireris, quia dixi tibi: Oportet
vos nasci denuò. Spiritus vbi vult
spirat, & vocem eius audis: & ne-
*& scis vnde veniat, *aut quo vadat.
Sic est omnis, qui natus est ex spi-
ritu. Respondit Nicodemus, & di-
xit ei: Quomodo possunt hæc fie-
ri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu
es magister in Israël, & hæc igno-
ras? Amen amen dico tibi, quia C
quod scimus, loquimur, & quod
vidimus, testamur, et testimonium
nostrum non accipitis. Si terrena
dixi vobis, & non credetis: quo-
modo,

modo, si dixero vobis cœlestia, cre
D detis? Et nemo ascēdit in cœlum,
nisi qui descendit de cœlo, filius
hominis, qui est in cœlo. Et sicut Nu.21.c
Moyses exaltauit serpentem in de
serto, ita exaltari oportet filium ho
minis: vt omnis, qui credit in illo,
non pereat, sed habeat vitam æter-
nam.] [Sic enim Deus dilexit mū
dum, vt filium suum vnigenitum
daret, vt omnis qui credit in eum,
non pereat, sed habeat vitam ęter-
E nam. Non enim misit Deus filium
suum in mundum, vt iudicet mū-
dum, sed vt saluetur mundus per
ipsum. Qui credit in eum, non iu-
dicabitur: qui autem non credit,
iam iudicatus est: quia non credit
in * nomine vnigeniti filij Dei. *nomen
Hoc est autem iudicium, quia ve-
nit lux in mundum. Et dilexerunt
homines magis tenebras, quàm lu
cem: Erant enim eorum mala ope
F ra. Omnis enim, qui male agit, o-

dit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui G autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt.]

De querela, quod Iesus baptizat. *Ioan. 3.* Cap. IX.

Posthæc[venit [*recedens ab Hierusalem ad alia loca Iudææ iuxta Iordanem*] Iesus & discipuli A eius, in Iudæam terrã, & illic morabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in B Ennon iuxta Salim, quia aquæ multę erant illic, & veniebãt multi & baptizabantur. Nondũ enim fuerat missus Ioannes in carcerẽ. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione: & veniebant ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat C tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic bapti-

baptizat, & omnes veniunt ad eũ.
Respondit Ioannes, & dixit? Nõ
potest homo accipere quicquam,
nisi fuerit ei datum de cœlo: ipsi
vos mihi testimonium perhibebi-
D tis, quòd dixerim: Non sum ego
Christus, sed quia missus sum an-
te illum. Qui habet sponsam, spon
sus est. Amicus autem sponsi, qui
stat & audit eum, gaudio gaudet
propter vocem sponsi. Hoc ergo
gaudium meum impletum est. Il-
lum oportet crescere, me autem mi
E nui. Qui desursum est, super om-
nes est. Qui est de terra, de terra
est, & de terra loquitur. Qui de
cœlo venit, super omnes est: &
quod vidit & audiuit, hoc testa-
tur: & testimonium eius nemo ac
cipit. Qui autem acceperit eius te-
stimoniũ, signauit quia Deus ve
rax est. Quẽ enim misit deus, ver-
ba Dei loquitur. Non enim ad mẽ
suram dat Deus spiritum. Pater
dili-

diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam æternã. Qui autem incredulus est filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eũ.] F

De Incarceratione Ioannis. *Matt.14. Marc.6. Luc.3.*
Cap. X.

HErodes autem tetrarcha, cùm [
corriperetur à Ioanne de He L.
rodiade vxore R. Philippi A.
fratris sui, quia duxerat eam: L. & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, M. (Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere R. vxorem fratris tui.) L. adiecit & hoc Herodes super omnia M. ac tenuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit eum in carcerẽ propter Herodiadem vxorem fratris sui. R. Herodias autem insidiabatur ei, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat

Ioan-

Ioannem, ſciens eum virum ſanctum & iuſtum. M. Et volens eũ occidere timuit populum, quia ſicut prophetam eum habebat. R. Et * cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.] *obſeruabat

De initio publicæ prædicationis Ieſu. *Matthæi* 4. *Marci.* 1. *Ioan.* 4. *Cap.* XI.

A CVm autẽ audiſſet Ieſus quòd Ioannes traditus eſſet: I. Et vt cognouit, quia audierunt Phariſæi, quòd Ieſus plures diſcipulos facit, & baptizat, quàm Ioannes (quanquam Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius, reliquit Iudæam, R. & venit in Galilæam. I. Cùm ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto: & ipſi enim venerãt ad diem feſtum M.

[*pascha*] M. Et relicta ciuitate Na B
zareth descendit, & venit & habi-
tauit in Capharnaum ciuitate Ga
lilææ maritima, in finibus Zabuló
& Nephtalim, vt adimpleretur,
quod dictum est per Esaiam pro-
phetam: Terra Zabulon, & terra
*iuxta viam Nephtalim, *via maris trans Ior-
dané Galilææ gentium: populus,
Esa.9.a qui*ambulabat in tenebris, vidit
*sedebat lucem magnā: & sedentibus in re-
gione vmbræ mortis, lux orta est
eis. Exinde cepit Iesus prædicare
R. Euangeliū regni, dicens: Quo C
niam impletum est tempus, M. pœ
nitentiam agite R. & credite E-
uágelio, M. appropinquabit enim
regnum cœlorum.

De secunda vocatione dis-
cipulorum qua vocati sunt
ad Christi familiaritatem.

Lucæ.5. *Cap.XII.*

Fa-

Γ A FActum eſt autem, cùm turbæ irruerent in in Ieſum, vt audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtangnũ Genezareth, & vidit duas naues, ſtãtes ſecus ſtagnũ. Piſcatores autẽ deſcenderant,

B ‡& lauabant retia. Aſcendẽs autẽ in vnam nauim quę erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum: & ſedens docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autẽ loqui, dixit Simoni: Duc in altũ, & laxate retia veſtra in capturã. Et reſpõ-

C dens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus in verbo autem tuo, laxabo rete. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinẽ copioſam. Rũpebatur autẽ rete eorũ. Et annuerunt ſocijs, qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarẽt eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt penè mergerentur. Quod cũ videret Simon Petrus,

‡*ex illis*,

Petrus, procidit ad genua Iesu, di
cens: Exi à me Domine, quia ho- D
mo peccator ego sum. Stupor e-
nim circundederat eum, & omnes
qui cum illo erant in captura pis-
cium, quam ceperant. Similiter au
tem & Iacobum, & Ioannē filios
Zebedæi, qui erant socij Simonis.
Et ait ad Simonem Iesus. Noli ti-
apost- mere, *ex hoc iam eris homines ca
hæc piens. Et subductis ad terram na-
uibus, relictis omnibus secuti sunt
illum.]

De tertia vocatione apo-
stolorum, quia vocati sunt
ad Christi discipulatum.
Matthæi. 4. Marc. 1.
Cap. XIII.

I AMbulans autem Iesus & præ M
teriens iuxta mare Galilææ, A
vidit duos fratres, Simonem
(qui vocatur Petrus) & Andream
fratrem eius, mittentes rete in ma-
re

re. Erant enim piſcatores. Et ait illis Ieſus: Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuò relictis retibus & naui, ſecuti ſunt eum. Et progreſſus inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius in naui cũ Zebedęo patre eorum, reficientes retia eorum: & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis
B retibus & patre R. ſuo Zebedæo in naui cum mercenarijs ſuis, M. ſecuti ſunt eum.]

De curatione cuiuſdã demoniaci in ſynagoga ciuitatis Capharnaum. *Lucæ. 4. Marci. 1.* *Cap.* XIIII.

ET ingrediebatur Capharnaũ, & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogam docebat eos: & ſtupebãt ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos, quaſi poteſtatem habens, & nõ ſicut ſcribæ: L. quia

In potestate erat sermo ipsius. R. Et in synagoga eorum erat homo L. dæmonium habens immundũ, & exclamauit voce magna, dicens;
‡Ah ‡Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ante tempus perdere nos? Scio enim, quòd sis sanctus Dei. R. Et comminatus est ei Iesus, L. & increpauit eum, dicẽs: Obmutesce, R. & exi ab illo. Et discerpens illum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiuit ab eo, L. nihilq; illi nocuit. Et factus est pauor in omnibus, R. & mirati sunt omnes, ita vt perquirerent inter se, & colloquebantur adinuicem, dicentes: Quidnã hoc est? Quænam doctrina hæc noua? L. Quod est hoc verbum? Quia in potestate & virtute imperat immũdis spiritibus, & exeunt, R. & obediunt ei. L. & diuulgabatur fama de eo in omnem locum R. & regionem Galilææ.

De

De sanatione omnis languoris. *Mat.4.* *Cap. XV.*

A ET circumibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abijt * opinio eius in totam Syriam. Et obtulerũt ei omnes male habentes, varijs languoribus & * tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

*fama

*torminibus

De socru Simonis. *Lucæ.4.* *Mat.8.* *Mar.1.* *Cap. XVI.*

SVrgẽs autẽ Iesus de synagoga, R. protin⁹ L. intrauit in domũ Simonis, R. & Andreę, cũ Iacobo & Ioãne. L. Socr⁹ aũt Simonis

L. f.

tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea: & stans super illam, imperauit febri, M. & tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. R. Vespere autē facto cùm occidisset sol. M. obtulerunt ei multos dæmonia habentes. L. At ille singulis manus imponens, M. eijciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curauit: vt adimpleretur quod dictum est per Esaiā prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. L. Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicētia: Quia tu es Christus filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christum. R. Et diluculo valde surgens, egressus abijt in desertum locum ibique orabat. L. Et turbæ requirebant eum. R. Et prosecutus est eum Simon, & qui

B

esa. 53. b

C

cum

cum illo erant. Et cùm inueniſſent eum, dixerunt ei: quia omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem, ad hoc enim veni.

D L. Et venerunt turbæ ad Christum, & detinebant eum, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euãgelizare regnum Dei: quia ad hoc miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.]

De vocatione Matthæi.

Lucæ 5.

Mat. 9. Marc. 2. Cap. XVII.

A ET poſt hęc exijt [*de ſynagoga*] L. [M. & dum tranſiret inde, R. egreſſus eſt rurſus ad mare [*Galilææ*] omnisq; turba veniebat ad eum & docebat eos. Et cùm præteriret vidit M. IESVS L. publicanum R. Leui Alphæi, M.

B Matthæum nomine, ſedentem in

telonio,& ait illi: Sequere me. L. Et relictis omnibus,ſurgens,ſecutus eſt eum.]

De electione duodecim diſcipulorum ad apoſtolatum, facta in monte Thabor: & prima parte ſermonis Chriſti ibidem facti, continente octo beatitudines, & quaſdam maledictiones.

Matthei.5. Marci.3. Lucæ. 6.

Cap. XVIII.

I.[FActum eſt autem in illis diebus, [*poſtquam Ieſus plures vocauit diſcipulos*] exijt in montem orare: & erat pernoctans in oratione Dei. Et cùm dies factus fuiſſet, vocauit diſcipulos R. quos voluit ipſe, & venerunt ad eum: & fecit vt eſſent duodecim * cum illo, vt mitteret eos prædicare: & dedit illis poteſtatem curandi infirmitates,& deijciendi dæmonia, I. A

*ſecum

quos

quos & Apostolos nominauit, Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andreã fratrem eius, R. & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitrui: Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonẽ Chananæum, L. qui vocabitur Zelotes,
B Chananæum, Iudam Iacobi, R. Thadæum, & Iudam Iscariotẽ, L. qui fuit proditor, qui tradidit eũ. M. Et cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriũt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam con-

ſequentur. Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Beati eſtis, cùm malè dixerint vobis homines & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne ‡ malum aduerſum vos mentientes, propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cęlis.] Sic enim perſecuti ſunt & prophetas, qui fuerunt ante vos L. patres eorum. Et [deſcendens cum illis de monte, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa, & Hieruſalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerunt, vt audirent eũ, & ſanarentur à languoribus ſuis. Et qui vexabãtur à ſpiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere,

‡verbũ

C

gere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimi. Beati qui nũc
D fletis, quia ridebitis. Beati eritis, cùm vos oderint homines, & sepa rauerint vos, & * exprobauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malũ, propter filiũ hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in *cœlo.*]Veruntamen, væ vobis diuitibus, qui habetis consolationẽ *vestram*. Væ vobis qui saturati e*stis*, quia esurietis. Væ vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis & fle*bitis*. Væ cùm benedixerint vobis omnes homines: secundum hæc enim faciebant seudoprophetis patres eorum.

*pro- bris affe cerint

Quòd prȩlati debent lucere

opere & sermone: & quòd Christus non venit vt solueret legem sed vt impleret. *Matthæi. 5.* *Cap.* XIX.

*Insipidus fuerit

VOs estis sal terrę. Quòd si sal *euanuerit, in quo salietur? A
Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potes ciuitas abscondi supra montem posita, neq; accẽdunt lucernã & ponunt eã sub modio: sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Nolite putare, quoniam veni soluere legẽ, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota vnũ, aut vnus apex, non præteribit à lege,

ge, donec omnia fiant. Qui ergo
soluerit vnum de mãdatis istis mi-
nimis, & docuerit sic homines: mi
nimus vocabitur in regno cœlo-
rum. Qui autem fecerit, & docue-
rit, hic magnus vocabitur in reg-
no cœlorũ.] [Dico enim vobis,
quia nisi abundauerit iustitia ve-
stra, plus quàm Scribarum & Pha
risæorum, non intrabitis in regnũ
cœlorum. Audistis quia dictum
est antiquis: Non occides. Qui au Ex.29.c
tem occiderit, * reus erit iudicio. deu.5.b
Ego autem dico vobis, quia om- *obno-
nis, qui irascitur fratri suo ‡, reus xius
erit iudicio. Qui autem dixerit fra ‡*temerè*
tri suo, Racha, reus erit * consilio. *conses-
Qui autem dixerit fratri suo, Fa- sui
tue, reus erit gehennæ ignis. Si er-
go offers munus tuum ad altare,
& recordatus ibi fueris, quia fra-
ter tuus habet aliquid aduersum
te, relinque ibi munus tuum ante
altare, & vade prius reconcilia-

ri fratri tuo: & tunc veniens offe-
*beneuolus res munus tuum.] Esto * consen- D
tiens aduersario tuo citò, dum es
in via cum eo, ne fortè aduersarius
tradat te Iudici, & Iudex tradat
te ministro, & in carcerem mitta-
ris. Amen dico tibi, non exibis
inde donec reddas nouissimum
exo.20. quadrãtem. Audistis quia dictum
c.& 18. est antiquis: Non mœchaberis.
b Ego autem dico vobis, quoniam
omnis qui viderit mulieré ad con
adulterium cõ misit cũ ea. cupiscendum eam, iam mœcha-
tus est eam in corde suo. Quòd si
oculus tuus dexter * scandalizat E
te, erue eum, & proijce abs te:
*bstaculo tibi fuerit: Sic infr. expedit enim tibi, vt pereat vnum
membrorum tuorum, quàm to-
tum corpus tuum mittatur in ge-
hennam. Et si dextera manus tua
scandalizat te, abscinde eam, &
proijce abs te: expedit enim tibi,
vt pereat vnum membrorum tuo-
rum, quàm totum corpus tuum
eat

eat in gehennam. Dictum est au- deu.24.
tem. Quicunque dimiserit vxo- a &.19.
rem suam, det illi libellum repu- b
dij. Ego autem dico vobis, quia
omnis qui dimiserit vxorem suam
(excepta causa fornicationis) fa-
cit eam mœchari: & qui dimis-
F sam duxerit, * adulterat. Iterum *adulte
audistis quia dictum est antiquis: riũ com
Non peierabis, reddes autem Do mittit.
mino iuramenta tua. Ego autem leu.19.c
dico vobis, Non iurare omnino: ex.20.b
neque per cœlum, quia thronus deu.5.b
Dei est: neq; per terram: quia sca-
bellum pedum eius est: neque per
Hierosolymam, quia ciuitas est
magni Regis: neq; per caput tuũ
iurabis, quia non potes vnum ca-
pillum album facere, aut nigrum.
Sit autem sermo vester, *Est, est: *Etiam,
Non, non. quod autem his abun- etiam.
dantius est, à malo est.

De patientia habēda, & lar

gitate

gitate erga proximos exhibenda. *Matthæi. 5.*
Lucæ.6. *Cap.* XX.

Ex.21. c AVdiſtis quia dictum eſt: Ocu ſ
le.24. d lum pro oculo : & denté pro M
de.29. d dente . Ego auté dico vobis: A
Non reſiſtere malo . Sed ſi quis te
*alapa *percuſſerit in dextrã maxillã tuã,
cecide- præbe illi & alteram . Et qui vult
rit tecum in iudicio contendere,& tu
nicam tuam tollere, dimitte ei &
*adege- palliũ: & qui te*angariauerit mil-
rit le paſſus, vade cum eo & alia duo.
Qui petit à te, da ei: & volenti mu
tuari à te,ne auertaris. L. Omni au
tem petenti te tribue. Et qui aufert
quæ tua ſunt,ne repetas. Et prout
vultis vt faciant vobis homines,&
Le.19.d vos facite illis ſimiliter. M.ſ A udi- D
ſtis, quia dictum eſt: Diliges proximum tuum,& odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis , Diligite inimicos veſtros:
Bene-

Benefacite ijs, qui oderunt vos: Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro persequentibus & *calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nónne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? Nónne & Ethnici hoc faciunt? L. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Siquidē & peccatores hoc faciūt. Et si mutuū dederitis his, à quibus speratis accipere, quæ gratia est vobis? Nā & peccatores peccatoribus *fœnerātur, vt recipiant æqualia. Veruntamen mutuum date, nihil inde sperātes, & erit merces vestra multa: & eritis filij altissimi. Quia ipse benignus est super ingratos & ma-

*offendētibus

*mutuū dant

& malos. M. Estote ergo perfecti, F
sicut & pater vester cœlestis perfectus est.]

De laude humana in bonis operibus non quærenda.

Mat. 6.

Cap. XXI.

*eleemosynam

ATtendite ne*iustitiam vestrã [A R
faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. Cùm ergo facis eleemosynam, noli ante te tuba canere, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: vt eleemosyna tua sit in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi ‡] Et cùm oratis, non eritis

‡*in propatulo*

eritis ſicut hypocritæ, triſtes qui amant in ſynagogis,& angulis pla tearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam. [*non enim intendunt exaudiri ſed vide ri.*] Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuũ: & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito,reddet tibi. [*Aliquid facere in abſcondito: eſt, tantum velle videri à Deo.*]

De modo orandi & iudulgendi. *Mat. 6. Luc. 11.* *Cap.* XXII.

ORantes autem nolite multum loqui, ſicut Ethnici faciunt: putant enim, quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite er go aſsimilari eis. Scit enim pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum. Sic enim ora- M

bitis: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Aduenniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum supersubstantialem L. [&] quotidianum M. da nobis hodie & *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, ‡Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

*remitte

‡*Quia tuum est regnum & potentia in secula seculorum*

De modo ieiunandi, & de non thesaurizando in terra, sed in cœlo. *Mat.6. Luc.12.*
Cap. XXIII.

CVm autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite, tristes. *Exterminant enim facies suas, [M A

*obscurant

vt

vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in absconso: & pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. ‡ Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ęrugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi nec erugo nec tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum]. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus [*id est, intentio*] fuerit simplex, & totum corpus tuum [*id est,* B *opus*] lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt,

‡ *in propatulo*

ipſæ tenebræ quantæ erunt? [Nemo poteſt duobus dominis [*contraria iniungentibus*] ſeruire aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Nó poteſtis Deo ſeruire & mámonę. Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ,

‡& quid bibituri ſitis,

quid manducetis, ‡ aut corpori veſtro, quid induamini. Nónne anima eſt plus quàm eſca, & corpus plus quàm veſtimétum? [*Solicitudo, qua impediuntur ſpiritualia probibetur: non ſolicitudo prouidétiæ.*] Reſpicite volatilia cœli, quia non C ſerunt, neq; metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cœleſtis paſcit illa. L. Conſiderate coruos, quia non ſeminát neq; metunt, quibus non eſt cellariũ, neque horreum, & Deus paſcit illos: quanto magis vos pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum *cogitá do poteſt adijcere ad ſtaturá ſuam

*ſolicitudine

cubi-

cubitum vnū? Si ergo neq; quod minimū est potestis, quid de cæteris
D solliciti estis? M. Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Si autem fœnū agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? L. Et *nolite in sublime tolli. Hæc autē gentes mundi quærunt. M. Scit enim pater vester ‡ quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei & iustitiā eius, & hæc omnia adijcientur vobis.]
E Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi. Sufficit enim diei *malitia sua.

*ne sublimia curetis.

‡ *cælestis*

* afflictio.

De misericordia faciẽda, & non iudicando, ac fiducia orationis. *Lucæ.6. Mat.7.* Cap. XXIIII.

EStote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. [L. A]
Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis, mensuram bonam, & confertam, & *coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrũ. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem & illis similitudinẽ: Nũquid potest cęcus cæcũ ducere? nõne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrũ. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabẽ autem, quæ in oculo tuo est, non con-

*pressã & cõcussam.

conſideras? Aut quomodo potes
dicere fratri tuo, Frater ſine eij-
ciam feſtucam de oculo tuo: ipſe
in oculo tuo trabem nō vides? Hy
pocrita, eijce primùm trabem de
oculo tuo: & tunc perſpicies vt e-
ducas feſtucā de oculo fratris tui.]
B M. Nolite ſanctum dare canibus,
neque mittatis margaritas veſtras
ante porcos: ne fortè conculcent
eas pedibus ſuis, & conuerſi di-
rumpant vos. Petite & dabitur vo
C bis: quærite, & inuenietis: pulſa-
te, & aperietur vobis. Omnis e-
nim qui petit, accipit: & qui quæ-
rit, inuenit: & pulſanti aperietur.
Aut quis eſt ex vobis homo, quē
ſi petierit filius ſuus panem, nun-
quid lapidem porriget ei? Aut ſi
petierit piſcem, nunquid ſerpentē
porriget ei? Aut ſi petierit ouum,
nunquid ſcorpionem porriget il-
li? Si ergo vos, cùm ſitis mali, no-
ſtis bona data dare filijs veſtris:
 quan-

quantò magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petētibus se. Omnia ergo quæcunq; vultis vt D
faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ.

De arcta via, & conclusione sermonis domini in mōte Thabor facti. *Matthæi.7. Lucæ 6.* *Cap. XXV.*

M INtrate per angustam portam, A
quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. [Attendite à falsis prophetis, qui veniunt B
ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. à fructibus eorū cognoscetis eos. Nunquid colligūt de spinis vuas,
aut de tribulis ficus? L. Non est e- C
nim

nim arbor bona, quę facit *fructus malos. Neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæq; enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neq; enim de spinis colligunt ficus, neq; de rubo vindemiãt vuã. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia

*fructũ marcidum.

D enim cordis os loquitur. M. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. L. Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? M. Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cœlorum. sed

qui facit voluntatem patris mei,
qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.]Multi dicent mi E
hi in illo die: Domine, domine, nõ
ne in nomine tuo prophetauimus,
& in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes
multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos.
Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. L. Omnis qui F
venit ad me, & audit sermones
meos, & facit eos: ostendam vobis
cui sit similis. Similis est homini
ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. M. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum
illam, & non cecidit: fundata enim
erat L. supra firmam petram. M.
Et omnis qui audit verba mea
hæc, & non facit ea, similis est viro stulto, qui ædificauit domum
suam

suam super arenam L. sine fundamento: M. & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt vẽti, & irruerũt in domum illam L. in quam illisus est fluuius: & continuo cecidit & facta est *ruina do- *fractura
G mus illius magna M. Et factum est cùm consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & nó sicut Scribæ eorum & Pharisæi.

De Leproso sanato. *Mat*, 8. *Mar*. 1. *Luc*. 5.
Cap. XXVI.

ſ M A CVm autem descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eũ turbæ multæ. L. Et factum est, cùm esset in vna ciuitatum. [*id est, iuxta vnam ciuitatem, scilicet Capharnaum, distans à monte Thabor tribus miliaribus*] M. & ecce leprosus, L. vir plenus lepra, videns Iesum, M. ado-

adorabat eum R. genu flexo. L. & procidens in faciem suam, rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. R. Iesus autẽ misertus eius, L. tetigit eũ, dicens:
*mũdus esto
M. Volo: *mundare. Et confestim mundata est lepra eius. R. Et cõminatus est ei, statimq; eiecit illũ, & dixit ei M. Iesus: Vide nemini B
dixeris, sed vade ostende te sacerdoti: & offer munus tuum, quod præcepit Moyses, in testimonium
Le.1.4.a
*diuulgare
illis. R. Et egressus cœpit prædicare & *diffamare sermonem. L. Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant turbæ multæ, vt audirent illum, & curarentur ab infirmitatibus suis, R. ita vt iam non posset manifestè introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse. L. Ipse autem secedebat in desertum & orabat, R. conueniebant ad eum vndiq;.]

De

De seruo Centurionis.
Matth. 8. *Luc.* 7.
Cap. XXVII.

A CVm autem implesset omnia L.ſ.
verba sua ad aures plebis, intrauit Capharnaum: Centurionis autem cuiusdam seruus malè habens, erat moriturus, qui erat illi pretiosus. Et cùm audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogãs eum, vt veniret, & saluaret seruum eius. At illi cùm venissent ad Iesum, rogabant eum *solicite, dicentes ei: Quia dignus est, vt hoc illi præstes, diligit enim gẽtem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem
B ibat cum illis. Et cùm iam non lõge esset à domo, misit ad eum Cẽturio amicos. M. Accessit autem ad eum Centurio & rogans eum dixit: Domine, * puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur

*studiose

*Famulus

quetur. Et ait illi Iesus: Ego ve-
niam, & curabo eum. Et respon-
dens Centurio, ait. L. Domine,
noli vexari. Nō enim sum dignus,
vt sub tectum meum intres. Pro- C
pter quod & meipsum non sum
dignum arbitratus, vt venirem ad
te: M. Sed tantum dic verbo, & sa
nabitur puer meus. Nam & ego
sum homo sub potestate constitu-
tus, habens sub me milites, & dico
huic: Vade, & vadit: & alio, Veni,
& venit: & seruo meo, Fac hoc, &
facit. Audiens autem hæc Iesus,
miratus est. L. Et conuersus se-
quentibus se turbis dixit: Amen
amen dico vobis, M. non inueni
tantam fidem in Israël. Dico au-
tem vobis, quòd multi ab Orien-
te & Occidente venient, & recum
bent cum Abraham, & Isaac, & Ia
cob in regno cœlorum. Filij au-
tem regni eijcientur in tenebras
exteriores; ibi erit fletus & stridor
den-

D dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi: & sanatus est puer in illa hora.]

L. Et reuersi, qui missi fuerant, domum, inuenerunt seruum, qui languerat, sanum.

De filio viduæ suscitato.

Luc.7. Cap. XXVIII.

A ET factum est deinceps [ibat Iesus in ciuitatẽ, quę vocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius ‡ & turba copiosa. Cũ autem appropinquarẽt portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius * vnicus matris suæ. Et hęc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cùm vidisset dominus, misericordia motus super eã, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi aũt, qui portabant, steterũt. Et ait *: Adolescens tibi dico, Surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum

‡ multi,

* vnigenitus

* adolescentulo

illum matri suę. Accepit autē omnes timor & magnificabant Deū, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.] Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & omnem *circa regionem.

*circūiacentem

De scriba doloso, & de duobus volentibus sequi Christum. *Matt.* 8. *Luc.* 9.

Cap. XXIX.

VIdens autē Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos suos ire *trans fretū. [*Galilææ*] L. Factum est aūt ambulantibus illis in via, M. accedēs vnus Scriba, ait illi: Magister sequar te, quocunq; ieris. Et dixit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine permitte me primum

*in vlteriorē ripam.

A

B

mum ire, & sepelire patrem meũ. Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. L. Tu autem vade & annuntia regnum Dei. Et alter ait: Sequar te Domine, sed primum permitte mihi * renuntiare ijs, qui domi sunt. Ait autem ad illum Ie- *vt valedicam
C sus: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.

De quietatione maris ad iussum Christi. *Matthæi* 8. *Mar.* 4. *Lucæ*. 8. *Cap.* XXX.

R. ET ait illis in illa die, cùm sero
A factum esset, Transeamus * cótra. [*ad locum oppositum vltra mare.*] Et dimittentes turbam assumunt eum ita, vt erat in naui: & *in vlteriorem ripam
B aliæ naues erant cum illo. M. [Et ascendente eo in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. L. Et ait ad illos: Transfretemus trans stagnum:

 gnum:

*recesse runt

gnum: & *ascenderūt. Nauigantibus autem illis, obdormiuit. M. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. L. Et cōpellebātur [*fluctibus*] & periclitabantur. M. Ipse verò dormiebat R. in puppi super ceruical. M. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eū, dicentes. Domine salua nos, perimus. Tunc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est trāquillitas magna. L. Dixit autem eis: Vbi est fides vestra? M. Quid timidi estis modicæ fidei? R. * Nec dum habetis fidem? M. Porrò homines mirati sunt, R. & timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quisputas est iste? M. *Qualis est hic? R. quia ventis & * mari imperat, & obediunt ei.]

*Quomodo non

*Quisnam

*aquæ

De duobus dęmoniacis curatis. *Matt. 8. Mar. 5. Luc. 8.*

Cap.

Cap. XXXI.

A ET nauigauerunt, R. & venerunt trans fretum maris, M. in regionem Gerasenorũ, L. L.
quæ est contra Galilæá: & cùm de naui egressus esset ad terram, M. occurrerũt ei duo habentes dęmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transi-
B re per viam illam. L. Qui autẽ habebat dęmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat: sed R. domicilium habebat in monumentis, & neq; catenis iá poterat quisquam eũ ligare, quoniam sępe compedibus & catenis vinctus, diripuisset catenas, & compedes diminuisset, & nemo poterat eum domare, & semper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat, clamans, & concidẽs se lapidibus. L. Agebatur à dęmonio i deserto. R.

Videns autem Iesum à longe cucurrit,& adorans L.procidit ante illum.M.Et ecce ambo clamabant L.voce magna,M.dicentes:Quid nobis & tibi IESV filij Dei L.altissimi? M. Cur venisti huc ante tempus torquere nos? R. Adiuro te per DEVM, L. & obsecro, ne me torqueas.Præcipiebat enim illi,R. Exij spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum. Quod tibi nomen est? Et dixit ei, Legio mihi nomen est, quia multi sumus. L. Intrauerant enim dæmonia multa in eum. Et rogauerunt eum R.multum, L.ne imperaret illis, vt in abyssum irent: R. sed ne se expelleret extra regioné. M. Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum,R.circa montem pascens in agris.M.Omnes autem rogabant eum dicétes: Si eijcis nos hinc,mitte nos in gre- D
gem porcorú, R.vt in eos introëa-

mus. Et concessit eis statim Iesus, M. & ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt & introierunt in porcos. M. Et ecce magno impetu abijt totus grex per præceps R. præcipitatus in mare ad duo milia, & suffo-
E cati in mari M. mortui sunt in aquis. L. Quod vt viderunt factum pastores, qui pascebant R. eos, fugerunt: M. & venientes nunciauerunt in ciuitatem, R. & in agros, L. & in villas M. hæc omnia, & de his, qui dęmonia habuerũt. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu, L. videre quod factum est. Et venerunt ad Iesum, R. & vident illum qui à dæmonio vexabatur, L. & à quo dæmonia exierant, sedentem ad pedes eius vestitum, R. & sanæ mentis, & timuerunt. L. Nuntiauerunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus fuisset à legione, R. & de porcis. M. Et viso eo, L. rogauerunt illum omnis

multitudo Gerasenorum, M. vt F
transiret, R. & discederet de finibus eorum, L. & ab ipsis: quia magno timore tenebantur. R. Cumque ascenderet nauim [*vt de terra Gerasenorum rediret in Galilæã*] cœpit illum deprecari, qui à dæmonio [*sæuius*] vexatus fuerat, vt esset cum illo: & non admisit eum, sed ait illi: Vade L. & redi in do- G
mum tuam R. ad tuos: & nuntia illis, quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. L. Et abijt per vniuersam ciuitaté R. & cœpit prę- H
dicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur. Et cùm transcendisset Iesus in naui rursus trans fretum, conuenit turba multa ad eum, L. & erant omnes expectantes eum, R. circa mare.

De Paralytico sanato. *Mat.9. Mar.2. Luc.5. Cap.XXXII.*

Et

A ET aſcendens Ieſus in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam R. Capharnaum poſt dies aliquot. L. [Factum eſt autem vna dierum, & ipſe ſedebat docens. R. Et auditū eſt, quòd in domo eſſet, & confeſtim conuenerunt multi, ita vt non ‡ caperent *neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. L. Et erant Phariſæi ſedētes & legis doctores, qui venerāt ex omni caſtello Galilææ, & Iudęę & Hieruſalem. Et virtus Domini erat ad ſanandum eos. M. M.

‡ *amplius*

* ne ea quidem quæ

B Et ecce offerebant paralyticum iacentem in lecto, R. qui à quatuor portabatur. L. Et quærebant eum inferre, & ponere ante eum: & non inuenientes, qua parte eum inferrent præ turba, aſcenderunt ſuper tectum, R. & nudauerunt tectū vbi erat, & patefacientes L. per tegulas, ſubmiſerunt eum in lecto in medium ante IESVM. M. Et

videns IESVS fidem illorum, dixit paralytico: Fili confide, remittuntur tibi peccata tua. L. Et cœperũt cogitare Scribę & Pharisæi, C
R. cogitantes in cordibus suis, L. & dicẽtes intra se: L. Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt autem cognouit IESVS R. in Spiritu sancto L. cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: M. Vt quid cogitatis mala in D
cordibus vestris? Quid est facilius dicere R. paralytico: Remittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula? Vt autem sciatis, quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico, Tibi dico, surge, tolle lectum tuũ, & vade in domum tuam. L. Et cõfestim coram illis surgens, tulit lectum suum, in quo iacebat, & abijt in domũ suam magnificans Deũ.

Et

Et ſtupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum, & glorificabant, qui dedit poteſtatem talem hominibus. L. & repleti ſunt timore magno, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie.] R. quia nunquā ſic vidimus.

De cōuiuio in domo Matthæi. *Matt.9. Mar.2. Luc.5.* *Cap.* XXXIII.

L. [FEcit autem ei conuiuium magnum Leui in domo ſua. [*poſt curationem paralytici.*] M. Et factum eſt diſcumbente Ieſu in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, diſcumbebant cū Ieſu, & diſcipulis eius. R. Erant enim multi, qui ſequebantur eum. M. Et vidētes Phariſæi & Scribæ, R. quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, L. murmurabant dicentes ad diſcipulos eius: M. Quare cum publicanis & pec-

catoribus manducat R. & bibit magister vester? L. & vos manducatis & bibitis? Et respondens Iesus, ait illis: Non egent, qui sani sunt, medico: sed qui malè habent. M. Euntes autem discite, quid est:
Ose.6.c Misericordiam volo, & non sacrificium. R. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores L. ad pœnitentiam] R. Et erant discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunantes. M. Tunc accesserunt ad eum, C
dicentes: Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, L. & obsecrationē faciunt discipuli Ioannis, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt & bibunt M. & non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid
*thalami nuptialis possunt filij sponsi R. & * nuptiarum, quandiu cum illis est sponsus ieiunare M. & lugere? R. Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Veniēt autem dies, quando auferetur ab
eis

eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in
D diebus illis. L. Dicebat autem & ſi
militudinem ad illos: Quia nemo
commiſſuram à veſtimento nouo
mittit in veſtimentum vetus. R.
Nemo enim aſſumentum panni ru
dis aſſuit veſtimento veteri, alio-
qui aufert ſupplementum nouum
à veteri. M. Tollit enim plenitudi-
dem eius à veſtimento, L. quia
nouum rumpit, M. & maior ſciſ-
ſura fit: L. & veteri non conue-
E nit commiſſura à nouo. M. Neque
mittunt vinum nouum in vtres ve
teres: alioqui rumpuntur vtres, &
vinum effunditur, & vtres pere-
unt. Sed vinum nouum in vtres
nouos mittunt, R. & mitti debet,
L. vt vtraque conſeruentur. L. Et
nemo bibens vetus, ſtatim vult no
uum, dicit enim: Vetus melius eſt.

De filiæ Archiſynagogi
ſuſcitatione, & de Emor-
roiſſa

roiſſa. *Matthæi.9 Marci.5.*
Lucæ.8. *Cap.* XXXIIII.

[HAec illo loquente ad eos: ec- A
M. ce princeps L. ſynagogæ, cui
nomen Iaïrus cecidit ad pe-
des Ieſu rogans eum, vt intraret
domum ſuam: quia vnica filia erat
illi ferè annorũ duodecim, & hæc
moriebatur. M. Et adorabat eum,
dicens: Domine, filia mea modo
defuncta eſt: ſed veni, impone ma-
num tuam ſuper eam, & viuet. Et
ſurgens Ieſus [*de domo Matthæi*] ſe-
quebatur eum, & diſcipuli eius,
R. & turba multa. L. Et contigit
dum iret, à turbis comprimebatur.
M. Et ecce mulier, quæ fluxũ ſan- B
guinis patiebatur duodecim annis,
R. & fuerat multa perpeſſa à medi
*inſum- cis pluribus, L. & *erogauerat om
pſerat nem ſubſtantiam ſuam, nec quic-
quam profecerat, nec ab vllo po-
tuit curari, R. ſed magis deterius
habe-

habebat. Cùm audiſſet de Ieſu, venit in turba retrò, L. & tetigit fimbriam veſtimenti eius. M. Dicebat autem intra ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero. L. Et confeſtim ſtetit fluxus, R. & ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore, quòd ſanata eſſet à plaga. Et Ieſus ſtatim agnoſcens in ſemetipſo virtutem, quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam, ait: L. Quis me R. & veſtimenta mea tetigit? L. Negantibus autem omnibus, Petrus, & qui cum eo erant, dixerunt: Præceptor, turbæ te comprimunt, & adfligunt, & tu dicis: Quis me tetigit? Et dixit IESVS: Aliquis me tetigit, nam & ego noui virtutem de me exiſſe. R. Et circunſpiciebat vide-
C re eam, quæ hæc feciſſet. L. Videns autem mulier, quia non latuit eum, timens & tremens, ſciens quod factũ eſſet in ſe, venit & pro-
cidit

procidit ante eum ad pedes eius, & ob quam causam tetigerat eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit. M. At Iesus conuersus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. L. Vade in pace, R. & esto sana à plaga tua. M. Et salua facta est mulier ex illa hora. R. Adhuc eo loquente, venerunt nuntij ad archisynagogum dicentes: Quia filia tua mortua est, quid vltra vexas magistrum? L. Noli vexare *illum. Iesus autē hoc verbo audito, R. quod diceba tur, ait archisynagogo, L. patri puellæ: Noli timere: tantummodo crede, R. & salua erit. M. Et cùm venisset Iesus in domū principis R. non admisit quenquam se sequi, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum archisynagogi; & vidit tumultum, & flentes,

D

*magistrum

&

& eiulantes multum, M. & tibicines. L. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere. R. Quid *turbamini & ploratis? M. Recedite, non est mortua puella, sed dormit; & deridebant eum, L. scientes quòd mortua esset. R. Ipse verò eiectis turbis, assumit patrem, & matrem puellæ, & qui secum erant. Et ingrediuntur vbi puella erat iacens, & manum puellę tenens, L. clamauit, R. & ait illi: Tabitacumi, quod est interpretatum: Puella, tibi dico, Surge. L. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuò: R. & ambulabat, L. & iussit illi dare manducare. R. Et obstupuerũt stupore magno, L. parentes eius: quibus præcepit vehementer, ne cui dicerent, quod factum erat. M. Et exijt fama hæc in vniuersam terrã] R. Et egressus inde, abijt in patriam suã [*Nazareth.*] Et sequeban

*tumultuamini

tur eum discipuli eius.

De duobus cæcis illuminatis, & de muto dęmoniaco, *Matthæi.9.* *Cap. XXXV.*

ET transeunte inde Iesu, secuti A
sunt cũ duo cæci, clamãtes &
dicentes: Miserere nostri, fili
Dauid. Cùm autem venisset domum,
accesserunt ad eum cæci, &
dixit eis IESVS: Creditis quia
hoc possum facere vobis? Dicunt
ei: Vtique, Domine. Tunc tetigit
oculos eorum, dicens: Secundum
fidem vestrãm fiat vobis. Et aperti
sunt oculi eorum. Et comminatus
est eis IESVS, dicens: Videte,
ne quis sciat: Illi autem exeuntes B
* diffamauerunt illum per totam
terram illam. Egressis autem illis,
ecce obtulerunt illi hominem mutum,
habẽtem dæmonium. Et eiecto
dæmonio, locutus est mutus,
& miratæ sunt turbæ, dicentes:

*diuulgauerũt famam eius

Nun-

Nunquam apparuit ſic in Iſraël. Phariſæi autem dicebant: In principe dæmoniorũ eijcit dæmonia.

Iubentur diſcipuli rogare Dominum meſsis mittere operarios. *Mat.9. Marc.6. Luc.10.* *Cap.* XXXVI.

ET circumibat Ieſus omnes ciuitates, & caſtella in circuitu, docens in ſynagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem langorem, & omnem infirmitatem‡. Videns autem turbas miſertus eſt eis, quia erant vexati & *iacẽtes, ſicut oues non habentes paſtorem. Tunc dixit diſcipulis ſuis: Meſsis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominũ meſsis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.

‡*in populo*

* diſperſi

De miſsione duodecim apoſtolorum ad prædicandum, cum poteſtate curãdi.

Matt.10.11. Mar.6. Luc.9.
Cap. XXXVII.

I. L. CONuocatis autem Iesus duo- A
decim apostolis, R. cœpit eos
binos mittere. L. Deditq; il-
lis virtutem, & potestatem, super
omnia dæmonia, M. vt eijcerent,
& curarent omnem languorem, &
omnem infirmitatem. Duodecim B
autem apostolorum hæc sunt no-
mina: Primus Simon, qui dicitur
Petrus, & Andreas frater ei9, Phi-
lippus, & Bartholomæus, Iacobus
Zebedæi, & Ioannis frater eius,
Thomas, & Matthęus publican9,
Iacobus Alphæi, & Thadęus. Si-
mon Chananæus, & Iudas Ischa-
riotis, qui tradidit eum. Hos duo-
decim misit Iesus L. prædicare re-
gnum Dei, & sanare infirmos, M.
præcipiens eis, & dicens: In viam
Gentium ne abieritis, & in ciuita-
tes Samaritanorũ ne intraueritis:

ſed potius ite ad oues, quæ perie-
C runt domus Iſraël. Euntes autem
prædicate, dicentes: Quia appro-
pinquauit regnum cœlorum. Infir
mos curate, mortuos ſuſcitate, le-
proſos mundate: dæmones eijcite,
gratis accepiſtis, gratis date. Noli-
te poſsidere aurum, neque argen-
tum. R. Et præcepit eis, ne quid
tollerent in via, niſi virgam tan-
tùm. [*exilem, quam tunc apud Iudæos (vt nunc apud nos cliens) prædicator portabat.*] L. Et ait ad illos, Nihil
tuleritis in via, neq; virgam, [*groſ-ſulam, cui innitamini*] neq; peram,
neque panem, neque pecuniam, R.
neq; in zona æs, neq; duas tunicas
habeatis, M. neq; calciamenta, R.
D ſed calceatos ſandalijs. M. Dignus
eſt enim operari⁹ cibo ſuo. In qua-
cunque autem ciuitatem, aut ca-
ſtellum, L. aut domũ intraueritis,
M. interrogate, quis in ea dignus
ſit: & ibi manete, donec exeatis.

Intrantes autem domum, ſalutate E
eam,dicentes: Pax huic domui.Et
ſiquidem fuerit domus illa digna,
veniet ſuper eam pax veſtra. Si au-
tem non fuerit digna, pax veſtra
ad vos reuertetur. Et quicunque
non receperit vos, neque audierit
ſermones veſtros,excũtes foras de
domo vel ciuitate illa excutite pul
uerem de pedibus veſtris,L.in te-
ſtimonium ſuper illos. M. Amen
dico vobis tolerabilius erit terræ
Sodomorum, & Gomorrhæorum F
in die iudicij, quàm illi ciuitati.
[Ecce ego mitto vos,ſicut oues in
medio luporum: Eſtote ergo pru-
*ſynceri dentes,ſicut ſerpentes: &*ſimpli-
ces ſicut columbæ. Cauete autem
ab hominibus, tradent enim vos
in concilijs, & ſynagogis ſuis fla-
gellabunt vos: & ad præſides, &
Reges ducemini propter me,in te-
*ne ſitis ſtimonium illis & gentibus. Cùm
ſoliciti autem tradent vos,*nolite cogita-
re

re, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: Non enim vos estis, qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.
G Tradet autem frater fratrē in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem *perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. * susti- nuerit
H] Cùm autem persequē tur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non *consummabitis [*neque successores vestri, conuertendo*] ciuitates Israël, donec veniat filius hominis. [*ad iudicium vniuersale*] *perambulaueritis
I Non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister suus, & seruo, sicut dominus eius. Si patrem familiâs Beelzebub vocauerūt [*dicendo in Beelzebub illum operari*] quā-

tò magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. [Nihil est enim opertum, quod non reueletur: & occultum, quod nō sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prędicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius ipsum timete, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam. Nónne duo *passeres asse vęneunt, & vnus ex illis non cadit super terram sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus * meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me corā hominibus, confitebor & ego eū corā patre meo, qui est in cœlis. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in cœlis.] [Nolite arbitrari, quia vene-

*passerculi

K

*pręstatis

venerim mittere pacem in terram. Non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim hominem *ſeparare aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam & ini- *diſside re facere
L inimici hominis domeſtici eius. Qui amat patrem ſuum, aut matrē plus quàm me, non eſt me dignus. Et qui amat filiū aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam,& ſequitur me,
M non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuam, perdet illam: & qui perdiderit animam ſuam propter
N me,inueniet illam. L.ſ Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum,qui miſit me. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eū qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophetę, mercedē prophetę recipiet. Et qui accipit iuſtum in nomine

iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunque dederit potum vni ex istis * minimis, calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.] M. Et factum est, cùm cōsummasset Iesus verba hæc, præcipiens duodecim discipulis suis, L. egressi circuibant per castella euangelizantes, & curātes vbiq;.] R. Prædicabant autem, vt pœnitētiam agerent, & dæmonia multa éijciebant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabantur. M. Transijt autem Iesus inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. [*in quibus apostoli fuerant commorati, prædicantes.*]

* ex pusillis

O

De interrogatiōe Ioannis, Tu es qui venturus es?
Matth. 11. *Lucæ.* 7.
Cap. XXXVIII.

L. ET nuntiauerunt Ioanni discipuli

A puli eius de omnibus ijs. M. ¶ Ioan
nes verò cùm audiſſet in vinculis
opera Chriſti, mittens duos de diſ
cipulis ſuis ad Ieſum, dixit: Tu es
qui venturus es, an alium expectamus? L. Cùm autem veniſſent ad
eum viri, dixerunt: Ioānes Baptiſta miſit nos ad te, dicēs: Tu es qui
vēturus es, an alium expectamus?
In ipſa autem hora, curauit multos
à languoribus ſuis, & plagis, & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit viſum. M. Et reſpondens Ieſus, ait illis: Euntes renuntiante
Ioanni, quæ vidiſtis, & audiſtis.
Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt,
mortui reſurgunt, pauperes *euan
B gelizantur. Et beatus eſt, qui non
fuerit *ſcandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne: Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid

* accipiunt euāgelij nũtium.
* offenſus

existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, L. & qui in pretiosa veste sunt, & in delicijs, M. in domibus Regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & *plusquàm prophetã. Hic est enim, de quo scriptum est: C
Ecce ego mitto * angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuã ante te.] Amen dico vobis, non surrexit inter natos mu- D
lierum, maior Ioãne Baptista. Qui autem minor est in regno cœlorũ, maior est illo. [*nam infimus beatorum perfectior est quolibet iusto viatore.*] A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. [*per vim pœnitentiæ.*] Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Ioannem, prophetauerũt. Et si vultis recipere, ipse est He- E
lias, qui venturus est. Qui habet aures

*excellẽtiorẽ ꝓphetam
*nuntiũ
Mat. 3. a
Mat. 3. b

aures audiēdi audiat. L. Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati babaptiſmo Ioannis. Phariſæi autem & Legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſis, non baptiza-
F ti ab eo. Ait autē Dominus: Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius, & cui ſimiles ſunt. Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non ploraſtis. Venit enim Ioannes baptiſta, neq; manducās panem, neq; bibens vinū, & dicitis: Dæmoniū habet. Venit filius hominis, manducans, & bibens, & dicitis: M. Ecce homo vorax, & potator vini, Publicanorum & peccatorum amicus. L. Et iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis. [*diſcipulis.*]

De

De maledictionibus ciuitatum, quibus prædicauerat Christus. *Mat.*11. *Mar.*4. *Luc.* 10. *Cap.*XXXIX.

M TVnc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ in vobis factæ fuerunt, olim in *cilicio & cinere sedentes, L. pœniterent. M. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam vobis. Et tu Capharnaũ, *nunquid vsq; ad cœlum exaltaberis? vsque ad infernum descendẽs, quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ in te factæ sunt, forte mansissent vsq; in hunc diẽ. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die

A

B

*sacco

* quæ es vsq; ad cœlũ exaltata

C iudicij, quàm tibi. R. Et veniunt ad domum, & cõuenit iterum turba, ita vt non posset neque panem manducare. Et cùm audissent, exierunt tenere eum: dicebant enim, Quoniam in furorem versus est.
D Et scribæ, qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant, Quoniam Beelzebub habet.

De reditu apostolorum ad Christum. *Mar.6. Luc.9.* *Cap. XL.*

A L. ET reuersi apostoli, R. conuenientes ad Iesum renunciauerunt ei omnia, quæ egerant & docuerant. Et ait illis: Venite seorsum in desertũ locũ, & requiescite pusillum. L. Et assumptis illis, secessit deorsum in locum desertum
B qui est Bethsaida. R. Erant enim qui veniebãt & redibant multi, & nec spatiũ manducandi habebant.

De missione septuaginta duo-

duorum discipulorum.
Luc. 10. *Cap.* XLI.

[POst hæc autem designauit do- A
minus & alios septuaginta du-
os, & misit illos binos ante fa-
ciem suam, in omnem ciuitatem &
locum, quo erat ipse venturus, &
dicebat illis: Messis quidem mul-
ta, operarij autem pauci. Rogate
ergo dominum messis, vt mittat
operarios in messem suam. Ite, ecce
mitto vos, sicut agnos inter lupos.
4.re.4.c Nolite portare sacculum, neq; pe- B
ram, neq; calciamenta, & neminé
per viam salutaueritis. In quam-
‡autem cũq; ‡domũ intraueritis, primùm
dicite, Pax huic domui. Et si ibi
fuerit filius pacis, requiescet super
illam pax vestra. Sin autem, ad vos
reuertetur. In eadem autem domo
manete, edentes & bibentes, quæ
apud illos sunt. Dignus enim est
operarius mercede sua. Nolite trá- C
sire

sire de domo in domum. Et in quã
cunq; ciuitatem intraueritis & suſ
ceperint vos, manducate quæ ap-
A ponuntur vobis, & curate infir-
mos, qui in illa sunt, & dicite illis:
Appropinquabit in vos regnum
D Dei.] In quamcunq; autẽ ciuitatẽ
intraueritis, & nõ receperint vos,
exeũtes de plateis eius, dicite: Etiã
puluerẽ, qui adhæsit pedibus no-
ſtris de ciuitate veſtra, extergimus
in vos. Tamen hoc ſcitote, quia ap
E propinquabit regnum Dei. Dico
vobis, quia Sodomis in die illa* re *tolera-
B miſsius erit, quàm illi ciuitati. bilius

vobis quæritis me, non quia vidi-
stis signa, sed quia manducastis
B ex panibus, & saturati estis. Ope-
ramini non cibum qui perit, sed
qui permanet in vitam æternam,
quem filius hominis dabit vobis.
Hunc enim pater* signauit Deus. *sigillauit
Dixerunt ergo ad eũ: Quid facie-
mus, vt operemur opera Dei? Res
spondens IESVS, dixit eis: Hoc
est opus DEI, vt credatis in eum
C quem misit ille. Dixerũt ei: Quod
ergo tu facis signum, vt videa-
mus: & credamus tibi? Quid ope-
raris? Patres nostri manducaue- Ex.16.c
runt manna in deserto, sicut scrip- Nu.11.b
tum est: Panem de cœlo dedit eis psal.77.c
manducare. Dixit eis ergo Iesus: sap.16.e
Amen amen dico vobis, non Moy Ex.14.e
ses dedit vobis panem de cœlo,
sed pater meus dat vobis panem
D de cœlo verum. Panis enim* verus *Dei

est, qui descendit de cœlo, & dat
vitam mundo. Dixerunt ergo ei:
Domine, semper da nobis hunc
panem. Dixit autem eis Iesus: E- E
go sum panis vitæ: qui venit ad
me, non esuriet: & qui credit in
*in æternum me, non sitiet * vnquam. Sed dixi
vobis, Quia & vidistis me, & non
credidistis. [Omne quod dat mihi
pater, ad me veniet: & eum qui ve
nit ad me, non eijciam foras. Quia F
descendi de cœlo, non vt faciam
voluntatem meam, sed volunta-
tem eius, qui misit me. Hæc est au
tem voluntas eius qui misit me pa
tris, vt omne quod dedit mihi, non
perdam ex eo, sed resuscitem illud
*autem in nouissimo die. Hæc est * enim
voluntas patris mei, qui misit me,
vt omnis qui videt filium & cre-
dit in eum, habeat vitam æter-
nam. Et ego resuscitabo eum, in
nouissimo die.] Murmurabant er
go Iudæi de illo, quia dixisset:
Ego

Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Et dicebant: Nónne
hic est IESVS filius Ioseph, cuius
nos nouimus patrem, & matrem?
Quomodo ergo dicit hic: quia
G de cœlo descendi? Respondit ergo IESVS, & dixit eis: Nolite murmurare * inuicem. ¶ Nemo *inter eos
potest venire ad me, nisi pater
meus, qui misit me, traxerit illum.
Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: Et erunt omnes * docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre esa. 14. e *docti à Deo
& didicit, venit ad me: non quia
patrem vidit quisquam, nisi is qui
est à Deo, hic vidit patrem. Amé,
amen dico vobis, qui credit in mé,
habet vitam æternam. Ego sum Ex. 16. e
panis vitæ. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, * vt si quis ex ipso man- *vt quis
H ducauerit, non moriatur. ¶ Ego

ex ipso edat & nō mor.

‡quam ego dabo

*Decertabant

sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quē ego dabo, caro mea est, ‡pro mundi vita.* Litigabant ergo Iudæi adinuicē dicentes: Quo I
modo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Dixit ergo eis IESVS: Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam ęternam: & ego resuscitabo eum, in nouissimo die.] [Caro mea verè est ci- K
bus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: Et qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est

panis

panis qui de cœlo descendit. Non
sicut manducauerunt patres vestri
manna in deserto, & mortui sunt.
Qui manducat hunc panem ; vi-
L uet in æternum.] Hæc dixit in
synagoga, docens in Capharnaũ.
M Multi ergo ex discipulis audien-
tes, dixerunt : Durus est hic ser-
mo : & quis potest eum audire?
Sciens autem IESVS apud semet-
ipsum, quia murmurarent de hoc
discipuli eius, dixit eis : Hoc vos
scandalizat? si ergo videritis filium
hominis ascendentem, vbi erat
N prius ? Spiritus est qui viuificat,
caro non prodest quicquam. Ver-
ba quæ ego locutus sum vobis,
Spiritus & vita sunt. Sed sunt
quidam ex vobis, qui nõ credunt.
Sciebat enim ab initio IESVS,
qui erant credentes, & quis tradi-
turus esset eum, & dicebat : Pro-
pterea dixi vobis, Quia nemo po-
test venire ad me, nisi ei datũ fuerit
à pa-

à patre meo. Ex hoc multi discipu lorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nũquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Respondit ei Iesus: Nónne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Dicebat autẽ de Iuda Simonis Iscariote. Hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim. B O C

De confricatione spicarum sabbatis. *Matthæi.12. Mar.11. Lucæ.6.* *Cap. LVII.*

FActum est autem in sabbato secũdo primo, cùm transiret Iesus per sata, M. discipuli eius esurientes R. cœperũt progredi, & euellere spicas, L. & manducabant L A D

confri-

B confricantes manibus. Quidam
autem Pharisæorum dicebant il-
lis: Quid facitis, quod non licet
‡in sabbatis? M. Et videntes R. ‡facere
dicebant IESV: Ecce discipuli
tui faciunt, quod non licet eis fa-
cere sabbatis. R. Et ait illis: Nun-
quam legistis, quid fecerit Da- 1.Re.
uid, quando necessitatem habuit, 21.b.
& esurijt ipse, & qui cum eo erãt?
quomodo intrauit in domum Do
C mini sub Abiathar principe sacer-
dotum, & panes propositionis L.
sumpsit & mandauit, & dedit eis,
qui cum ipso erant, M. quos non
licebat ei comedere neque his, qui
cum ipso erant, nisi solis sacerdo-
tibus? Aut non legistis, quòd in
sabbatis sacerdotes in templo sab-
batum violant, & * sine crimine *nihil
sunt? Dico autem vobis, quia eis impu-
D templo maior est hic. Si autem tabatur
sciretis, quid est: Misericordiam Osee.6.a.
volo, & non sacrificium, nunquam
con-

condemnascetis × innocentes. R. *innoxios
Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum Itaque Dominus est filius hominis etiam sabbati.

De sanatione manus aridę.
Matthaei.12. Marci.3. Lucae.6.
Cap. LVII.

M. ET cùm inde transisset, L. factũ est & in alio sabbato, vt intraret in synagogam, & doceret: & erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obseruabãt autem eum Scribæ & Pharisæi, si in sabbato curaret, vt inuenirent causam, vnde accusarent eum. Ipse verò sciebat cogitationes eorum. M. Et interrogabant eum, dicentes: Si licet in sabbatis curare? vt accusarent eum. R. Et ait homini habenti manum aridam: L. Surge, & sta in medium. Et surgens stetit,

A C D B

ſtetit, & ait ad illos Ieſus: Interrogo vos, ſi licet in ſabbatis bene agere, an malè: animam ſaluam facere, an * perdere? R. At illi tacebant. M. Ipſe autẽ dixit eis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc in ſabbatis in foueam, nónne tenebit, & leuabit eam? Quanto magis eſt homo melior oue? Itaque licet ſabbatis bene facere. R. Et circunſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitatem eorum, dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi ſana ſicut altera. L. ipſi autem repleti ſunt * inſipientia, & colloquebantur adinuicem, quidnam facerent Ieſu. M. Exeuntes autem Phariſæi, concilium faciebant R. ſtatim cum Herodianis aduerſus eum, quomodo eum perderent. M. IESVS autem ſciens receſſit inde, & ſecuti ſunt eum multi, & cu-

*occidere

*amẽtia

C

D

& curauit eos omnes, & præcepit
eis, ne manifestum eum facerent:
vt adimpleretur quod dictum est
esa.42.a per Esaiam prophetam, dicentem:
Ecce puer meus electus, quem e-
legi, dilectus meus, in quo bene
complacuit animæ meæ. Ponam
spiritum meum super eum, & iudi-
cium gentibus nuntiabit. Non cō- E
tendet, neque clamabit, neque ali-
quis in plateis audiet vocem eius.
Arundinem quassatam non con-
fringet, linum fumigans non ex-
tinguet: donec eijciat ad victori-
am iudicium, & in nomine eius
gentes sperabunt. R. Iesus autem,
cum discipulis suis secessit ad ma-
re, & turba multa à Galilęa & Iu
dæa secuta est eum, & ab Hiero-
solymis, & Idumæa, & trans Ior-
danem, & quæ circa Tyrum & Sy
donem, multitudo magna, audien-
tes quæ faciebat, & venerūt ad eū.
Et dixit IESVS discipulis suis, vt F
in

in nauicula ſibi deſeruirent propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum, vt eum tangerēt, quot
G quot habebant plagas. Et ſpiritus immundi cùm illum videbant, procidebant ei, & clamabant, dicētes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent eum.

De Herode dicente, Ioannem ſurrexiſſe, & miracula facere. *Matth.* 14. *Mar.*6. *Luc.*9. *Cap.* LIX.

H AVdiuit autē Herodes R. rex, L
L. tetrarcha, M. famam de Ieſu, L. & omnia quæ fiebāt ab eo. R. Manifeſtum enim factum eſt nomen eius: L. & hæſitabat, eò quòd diceretur à quibuſdā, quòd Ioannes ſurrexit à mortuis. A quibuſdā verò, quòd Helias apparuit. Ab alijs autē quod propheta vnus

de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannē ego decollaui. Quis est autem iste, de quo ego talia audio? & quærebat videre eum. M. I
famulis Et ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.

De dæmonio muto.

Mat. 12. Mar. 3. Luc. 21.

Cap. LX.

Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, L. & erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, loquutus est mutus. M. Curauit autem eum, ita vt loqueretur & videret. L. Et admiratæ sunt turbæ M. & dicebant: Nūquid hic est filius Dauid? Pharisæi autē R. & Scribæ, qui ab Hierosolymis descenderant, M. audientes, dixerunt: R. Quoniam Beelzebub habet, L. & in Beelzebub [M A B

bub

bub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Alij tentantes, signum de cœlo quęrebant ab eo. R. Et cõuocatis eis L. ipse vt vidit cogitationes eorum R. in parabolis dicebat illis: Quomodo potest Satanas Satanam eijcere? L. Omne regnũ in se diuisum desolabitur, & domus supra domũ cadet M. & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. L. Si autem Satanas in seipsum diuisus est, quo-
C modo stabit regnum ipsius? R. Et si Satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet. L. Dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porrò si in digito Dei M. & spiritu Dei L. eijcio dæmonia, profectò * peruenit in vos regnũ Dei. Cùm fortis armatus cu-

* præuenit ad vos.

ſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea
quæ poſsidet. R. Nemo poteſt va- D
ſa fortis ingreſſus in domũ diripe
re, niſi prius forté alliget. L. Si au-
tem fortior eo ſuperueniens vice-
rit eum, vniuerſa vaſa eius auferet,
in quibus cõfidebat, & ſpolia eius
diſtribuet, R. & tunc domum eius
diripiet. L. Qui non eſt mecum, ad E
uerſum me eſt, & qui non colligit
mecum, diſpergit.] R. Amen dico
vobis quoniam omnia dimitten-
tur filijs hominum peccata & blaſ-
phemiæ, quibus blaſphemauerũt;
qui autem blaſphemauerit in Spi-
ritum ſanctum, nõ habebit remiſ-
ſionem in æternum, ſed reus erit
*iudicij æterni *delicti, quoniam dicebãt:
Spiritum immundum habet. M.
Et quicunq; dixerit verbũ contra F
filium hominis, remittetur ei. Qui
autem dixerit contra Spiritũ ſan-
*præ- ctum verbum, non remittetur ei,
ſenti neq; in *hoc ſeculo, neque in futu
ro.

ro. Aut facite arborẽ bonã, & fructum eius bonum. Aut facite arborem malam, & fructum eius malũ. Siquidem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarũ, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis
G malì? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de thesauro bono profert bona: & malus homo de thesauro malo profert mala. Dico autem vobis, quoniam de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

De Iudæis petentibus signũ de cœlo. *Mat. 12. Luc. 11. Cap. LXI.*

I TVnc responderunt ei quidam
A de Scribis & Pharisæis, dicen
M tes: Magister, volumus à te
F signum videre. L. Cõcurrentibus

autem turbis, cœpit dicere: Generatio hæc generatio nequam est. M. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophe-
Ioan.2.a tæ. L. Nam sicut Ionas fuit signũ Niniuitis, ita erit filius hominis generationi isti. M. Sicut enim Ionas B
fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus &
Ioan.3.b tribus noctibus. Viri Niniuitę surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædica-
3.re.10 a tione Ionæ. Et ecce plus quàm Io C
2.pa.9.a nas hic. Regina Austri surget in die iudicij cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. & ecce plus quàm Salomon hic, [*Christus declarat se non debere propter iudæorum incredulitatem à prædicatione cessare, dicens hanc similitudi-*

D *litudinem:*] L. [Nemo lucernã accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit,
B etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuũ totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem * tenebrarũ, erit lucidum totum: & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.] M. *tenebrosam

C E Cùm autem spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui, & veniens inuenit eam vacãtem, scopis mundatã, & ornatam. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secũ nequiores se, & intrantes habitant

ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. F

De muliere vocem extollente, & matre, & fratribus domini, eum quærentibus.
Mat. 12. *Mar.* 3. *Luc.* 8.
Cap. LXII.

FActum est autem cum hoc diceret, [extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimo, Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud.] M. [Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres eius foris stabant, quærentes loqui ei: L. & non poterant adire eum præ turba. R. Et miserunt ad eum vocantes eum, & sedebat circa eum turba. M. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant,

L A B C

ſtant, quærentes te alloqui, L. & videre. M. At ipſe reſpondens di-
D centi ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? R. Et circunſpiciēs eos, qui in circuitu eius ſedebant, M. & extendens manus ſuas in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror & mater eſt.] L. Mater mea, & fratres mei ſunt ij, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.

De increpatione Phariſæorum. *Lucæ.* 11.
Cap. LXIII.

A ET cùm loqueretur [*ſupradicta*] rogauit illū quidā Phariſæus, vt pranderet apud ſe. Ieſus autem ingreſſus, recubuit. Phariſæus *cœpit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante prandium. Et ait dominus ad illum

*cum vidiſſet admiratus eſt, quòd nō prius lotus eſſet.

lum: Nunc vos Pharisæi quod de foris est calices & catini mũdatis: quod autem intus est vestrum plenum est rapina & *iniquitate. Stul- B
*mali- ti, nónne qui fecit quod foris est,
gnitate. etiam id quod deintus est fecit? Ve-
Imprudentes runtamen quod superest [*supra necessitatem*] date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Sed væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus: & præteritis iudicium & charita- C tem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

De fratre hęreditatẽ à Christo diuidi petente. *Luc.* 12. *Cap.* LXIIII.

[AIt autem ei quidam de turba: D Magister dic fratri meo, vt diuidat mecũ hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem, super vos? Dixitq; ad illos: Videte,

& ca-

& cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet.

B

De diuite volente horrea ampliare. *Lucæ. 12.*
Cap. LXV.

A DIxit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia nō habeo, quò congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam. Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea. Et dicam animę meæ: Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe, *epulare. B Dixit autem illi Deus: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est, qui sibi thesaurizat, & non

Eccl. 11. 6

C

D

*Lætare
*Imprudens

non est in Deum diues. Dixitq́;
ad discipulos suos: Ideo dico vobis, nolite soliciti esse animæ vestræ, quid manducetis: neq; corpori vestro, quid induamini. Anima enim plus est, quàm esca: & corpus plus, quàm vestimentum. Considerate coruos, quia non seminant, C
neque metunt, quibus nó est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos: quanto magis vos estis pluris illis? Quis autem vestrum D
*solicitudine *cogitando potest ad staturam suã adijcere cubitum vnum? Si ergo, neq; quod minimum est, potestis: quid de cæteris soliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: Non laborant neque nent. Dico autem vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur, sicut vnum ex istis. Si autem
*herba quæ *fœnũ, quod hodie in agro est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusil-

læ fi-

E læ fidei? Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & *nolite in sublime tolli. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit, quoniam his indigetis. Veruntamen, primùm quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.] [Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro, vobis dare regnũ.

*ne sublimia cu retis.

F Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficiëtem in cœlis: quò fur non appropiat, neq; tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.] Dicebat autem ad turbas: Cùm videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit & ita fit. Et cùm austrum flantem, dicitis, quia æstus erit: & ita fit. Hypocritæ faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo

G

modo non probatis? Quid autem H
& à vobiſmetipſis non iudicatis,
quod iuſtum eſt? Cùm autem vadis
cum aduerſario ad principem
in via, da operam liberari ab illo:
ne forte trahat te ad iudicem: & iudex
tradat te exactori, & exactor
mittat te in carcerem. Dico tibi,
quia non exies inde, donec etiam
nouiſſimum minutum reddas.

De probatica piſcina.
Ioan. 5. *Cap. LXVI.*

POſthoc ſerat dies feſtus Iudęorum A
[*dictus pentecoſte*] aſcendit
IESVS [*de Galilæa*] Hieroſolymá.
Eſt autem Hieroſolymis,
in Probatica, piſcina, quæ cognominatur
Hebraicè Bethſaida, quinque
porticus habens. In ijs iacebat
multitudo magna languentium,
cæcorum, claudorum, aridorum,
expectantium aquæ motum.
Angelus autem Domini ſecũdum
tem-

tempus descendebat in piscinam,
& * mouebatur aqua: & qui pri- *turbabat aquã
or descendisset in piscinam post aquæ motionem sanus fiebat, à quacunque detinebatur infirmitate.
B Erat autem ibi quidam homo triginta octo annos *habens in in- *morte detētus
firmitate sua. Hunc cùm vidisset IESVS iacentem, & cognouisset quòd multum iam tempus haberet, dixit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei IESVS: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabba-
C tum in illa die. Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me
sanum

ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle
grabatum tuum, & ambula. Inter-
rogauerunt autem eum: Quis eſt
ille homo, qui dixit, Tolle graba-
tum tuum & ambula? Is autẽ, qui
ſanus fuerat factus, neſciebat quis
eſſet. Ieſus enim declinauit à turba
conſtituta in loco. Poſtea inuenit
eum Ieſus in tẽplo, & dixit ei: Ec-
ce ſanus factus es, iam noli pecca-
re, ne deterius tibi aliquid contin-
gat. Abijt ille homo & nuntiauit
Iudæis, quia Ieſus eſſet qui fecit
eum ſanum.]Propterea perſeque- D
bantur Iudæi Ieſum, ‡quia hoc fa
ciebat in ſabbato. Ieſus autem re-
ſpondit eis: Pater meus vſq; mo-
do operatur, & ego operor. Prop-
terea ergo Iudæi magis quærebãt
eum interficere, quia non ſolùm
ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem
ſuum dicebat Deum, æqualem ſe
faciens Deo. Reſpondit itaque Ie- E
ſus, & dixit eis: Amen amen dico

‡ & quærebãt eum interficere.

vobis non poteſt filius à ſe quicquam facere, niſi quod viderit patrem facientem. Quæcunq; enim ille facit, hęc & filius ſimiliter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei, quę ipſe facit. & maiora his demonſtrabit ei opera, vt

F vos miremini. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic & filius quos vult, viuificat. Neque enim pater iudicat quenquam, ſed iudicium omne dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui miſit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam: Et in iudicium non venit, ſed tran-

G ſit à morte in vitam. [Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audiẽt vocem filij Dei. Et qui audierint

uiuent. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei, iudicium facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc, quia veniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius. Et procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.] Non H
poſſum ego à meipſo facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iuſtum eſt, quia nō quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Si ego teſtimonium perhibeo de me, teſtimonium meum non eſt verū. Alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio quia verum eſt teſtimoniū eius, quod perhibet de me. Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati.
Ego autem non ab homine teſti- I

monium accipio, ſed hoc dico, vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius. Ego autẽ habeo teſtimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia pater me miſit: & qui miſit me pater, ipſe teſti-
K monium perhibet de me. Neque vocem eius vnquam audiſtis, neq; ſpeciem eius vidiſtis, & verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem miſit ille, huic vos non creditis. Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere. Et illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio, ſed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine

patris mei, & non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicē accipitis, & gloriã quæ à solo Deo est, non quæritis? Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud patrem. Est qui accusat vos Moyses, in quo speratis. Si enim crederetis Moysi, forsitan crederetis & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis nõ creditis, quomodo verbis meis credetis? L

De Galilæis occisis, & de ficulnea. *Lucæ.13.*

Cap. LXVII.

ADerant autem quidam in illo tempore, [*cùm de Hierusalē rediisset in Galilæam*] nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondens dixit illis. Putatis, quòd hi Galilæi præ om- A

omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis sed nisi* pœnitentiam habueritis, similiter omnes peribitis: sicut & illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos. Putatis quia & ipsi debitores fuerunt* præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico vobis, sed si non pœnitẽtiam habueritis, omne simul peribitis. [Dicebat autem hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autẽ ad cultorem vineæ. Ecce anni tres sunt, ex quo veni, quærens fructum in* ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram* occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et

*resipueritis

*præ omnibus

*ficu

*onerat

*sin minus — si quidem fecerit fructum, *sin autem, in futurum succides eam.

De muliere incuruata.
Lucæ.13. Cap. LXVIII.

A [ERat autem in synagoga eorũ docens sabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat *inclinata, nec omnino poterat *sursum respicere. Quam cùm videret Iesus, vocauit ad se, & ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus indignans, quia sabbato curasset IESVS, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. Respondens autẽ Dominus ad illum, & dixit: hypocritæ, vnusquisque vestrũ sabbato non soluit bouem

*contracta

*erigere caput

B

uem suum, aut asinum à praesepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahae, quam alligauit Satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto in die sabbati? Et cùm hęc A diceret, erubescant omne aduersarij eius. Et omnis populus gaudebat in vniuersis, quae gloriose fiebant ab eo.]

De interrogatione facta Christo, si pauci fiant salui: & quòd Herodes quęrebat eũ occidere. *Lucae.13.*
Cap. LXIX.

B [A ET ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem. Ait autẽ illi quidam: Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portã: quia multi dico vobis, quaerent intrare, & nõ poterunt. Cùm

autem intrauerit paterfamiliâs, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine aperi nobis. Et respondens dicit vobis: Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus: & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium: cùm videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accūbēt in regno Dei.] Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi, & sunt primi, qui erant nouissimi. In ipsa autem die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi. Ecce eijcio B

dæmonia,& ſanitates perficio hodie & cras,& tertia die * conſummor. Veruntamen oportet me hodie,& cras, & ſequenti die ambulare, quia * non capit prophetam perire extra Hieruſalem.

*finio

*fieri non poteſt,vt propheta pereat

De hydropico ſanato, & exhortatione Chriſti ad humilitatem. *Lucæ.14.*
Cap. LXX.

A ET factum eſt,cùm intraret in domum cuiuſdam Principis Phariſæorum ſabbato manducare panem,& ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondẽs Ieſus, dixit ad Legiſperitos, & Phariſæos, dicens: Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe verò apprehenſum ſanauit eum: ac dimiſit. Et reſpondens ad illos, dixit: Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet,& non conti-

nuò extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. [Dicebat autem & ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicẽs ad illos: Cùm inuitatus fueris, B

‡ab aliquo

ad nuptias, ‡non discumbas in pri

*accubitu

mo*loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum. Et tunc incipias cum

*pudore

*rubore, nouissimum locum tenere. Sed cũ vocatus fueris, vade, &

pro.25.a

recumbe in nouissimo loco, vt cũ venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tũc C

*accumbẽtibus tecum

erit tibi gloria coram * simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.]

De vocandis pauperibus ad conuiuiũ: & parabola, de cœna magna, *Luc.*14 *Cap.* LXXI.

Dice-

A DIcebat autem & ei [principi Pharisæorum] qui se inuitauerat: Cùm facis prãdium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neq; cognatos, neque vicinos diuites: ne fortè & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio: Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles claudos: cæcos: & beatus eris, quia non *habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorũ. Hæc cũ audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in regno

[tho. 4. b

*possũt

B Dei.] At ipse dixit: [Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suũ hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent: quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes se excusare. Primus dixit illi Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illã. Rogo, habe me excusatũ. Et alter

alter dixit: Iuga boũ emi quinq;, A
& eo probare illa. Rogo te, habe
me excusatum. Et alius dixit: Vx-
orem duxi, & ideo non possum ve
‡ille nire. Et reuersus seruus ‡ nuntia-
uit hæc domino suo. Tunc iratus
paterfamiliâs, dixit seruo suo: Exi
citò in plateas & vicos ciuitatis, &
pauperes ac debiles, cæcos & clau-
dos introduc huc. Et ait seruus:
Domine, factum est vt imperasti,
& adhuc locus est. Et ait dominus
seruo: Exi in vias & sepes, & com-
pelle intrare, vt impleatur domus
mea. Dico autem vobis, quòd ne- C
mo virorum illorum, qui vocati
sunt, gustabit cœnam meam.‡]

‡multi enim vocati, pauci verò electi.

De odiẽdis parẽtibus propter Christum. *Lucæ.14.*

Cap. LXXII.

IBant autem turbæ multæ cum A
eo, & conuersus dixit ad illos:
[Si quis venit ad me, & nõ odit
pa-

patrem ſuum, & matrem, & vxo-
rem, & filios, & fratres, & ſorores,
adhuc autem animã ſuam, nó po-
teſt meus eſſe diſcipulus. Et qui
non baiulat crucem ſuam & venit
poſt me, non poteſt meus eſſe diſ-
B cipulus. Quis enim ex vobis, vo-
lens turrim ædificare, non prius ſe
dens cõputat ſumptus, qui neceſſa
rij ſunt, ſi habeat ad perficiẽdum?
ne poſteaquàm poſuerit fundamen
tum, & non potuerit perficere, om
nes qui vident, incipiant illudere
ei, dicentes: Quia hic homo cœ-
pit ædificare, & non potuit con-
ſummare. [*per hæc admonentur reli-*
C *gionem profiteri volentes.*] Aut quis
Rex iturus committere bellum ad
uerſus alium Regem, non ſedens
prius cogitat, ſi poſsit cum decem
milibus occurrere ei, qui cum vi-
ginti milibus venit * ad ſe? Alio- *contra.
qui adhuc illo longè *agente, lega *exiſtẽ-
tionem mittens, rogat ea quæ pacis te
ſunt.

ſunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.] [*Hæc parabola innuit Chriſtum à religioſo exigere duplam obſeruantiam ſcilicet mandatorum & conſiliorum*] Bonum eſt ſal. Si autem ſal D
*inſulsū *euanuerit, in quo condietur? Ne
fuerit que in terram, neque in ſterquili-
*aptum nium *vtile eſt, ſed foras mittetur.
Qui habet aures audiendi, audiat. [*Per hanc ſimilitudinē innuitur, omne opus inſipidum, ſi careat diſcretione.*]

De Scenopegia, & prędicatione paſsionis Chriſti. *Matt.17 Mar.9. Luc.9. Ioā.7. Cap. lxxiij.*

R. ET inde profecti I. [*ambula- A
*verſa- bat poſt hæc Ieſus in Galilæ-
batur Ie am, non enim volebat ambula
ſus in re in Iudæam, quia quærebant Iu-
Galilæa dæi eum interficere. Erat autem in proximo, dies feſtus Iudęorū Scenopegia. Dixerūt autem ad eū fratres

tres eius: Trāsi hinc & vade in Iudæā, vt & discipuli tui videant o-
B pera quæ tu facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in *palam esse. Si hæc facis. *liberta manifesta teipsum mundo. Nec e- te, audanim fratres eius credebant in eum. cter lo-
Dixit ergo eis Iesus: Tēpus meum qui nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego enim * non ascen- *nondū dam ad diem festum istum, quia ascendo tempus meum nondum impletum est. Hæc cùm dixisset *ipse, mansit *illis in Galilæa. M. Conuersantibus autem illis in Galilæa, R. docebat
D discipulos suos, & dixit illis: Quoniam filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum; & occisus, tertia die resurget.

L. At

L. At illi ignorabát verbum istud,
*ab eis & erat velatum * ante eos, vt non
sentirent illud: & timebant eum
interrogare de hoc verbo, M. Et
contristati sunt vehementer. I. Vt
autem ascenderunt fratres eius, tūc
& ipse ascendit ad diem festum,
non manifestè, sed quasi in occul-
to. Iudæi ergo quærebant eum in
die festo, & dicebant: Vbi est ille?
Et murmur multum erat de illo in E
turba. Quidam enim dicebant:
Quia bonus est. Alij autem dice-
bant: Non, sed seducit turbas. Ne
*liberè mo tamen * palam loquebatur de
eo, propter metum Iudæorum.]
circa festi medium. [Iam autē die festo mediante as-
cendit Iesus in templū, & docebat.
Et mirabantur Iudæi, dicentes: F
Quomodo hic literas scit, cùm nō
didicerit? Respondit ei IESVS,
& dixit: Mea doctrina, non est
mea: sed eius qui misit me. Si quis
voluerit voluntatem eius facere,
cogno-

cognoſcet de doctrina, vtrum ex
Deo ſit, an ego à meipſo loquar.
Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam
propriam quærit. Qui autem quæ
rit gloriam eius qui miſit illũ, hic
verax eſt, & iniuſtitia in illo nõ eſt.
G Nónne Moyſes dedit vobis legẽ,
& nemo ex vobis facit legẽ? Quid
me quæritis interficere? Reſpõdit
ei turba, & dixit: Dęmoniũ habes,
quis te quærit interficere? Reſpon
dit Ieſus, & dixit ei: Vnum opus
feci: & omnes miramini. Propte-
rea Moyſes dedit vobis circunci-
ſionem, nõ quia ex Moyſe eſt, ſed Leu.18.a
H ex patribus. Et in ſabbato circun-
ciditis hominem. Si circunciſionẽ
accipit homo in ſabbato, vt nõ ſol
uatur lex Moyſi, mihi cur indigna
mini, quia totum hominem ſanum
feci in ſabbato? Nolite iudicare ſe- Deut.1.c
cundum *faciem, ſed iuſtum iudi- *aſpectũ
cium iudicate. Dicebant ergo qui-
dam ex Hieroſolymis: Nónne
O his

hic est, quem quærunt interfice-
•libere re? Ecce•palàm loquitur, & nihil I
ei dicunt. Nunquid verè cognoue
runt Principes, quia hic est Chri-
stus? Sed hunc scimus vnde sit:
Christus autem cùm venerit, ne-
mo scit vnde sit. Clamabat ergo
docens in templo IESVS, & di-
cens: Et me scitis, & vnde sim, sci-
tis: & à meipso non veni, sed est
verus qui misit me, quem vos ne-
scitis. Ego autem scio eum. Et si
dixero quia nescio eum, ero simi-
lis vobis, mendax. Sed scio eum,
quia ab ipso sum, & ipse me mi-
sit. Quærebant ergo eum appre-
hendere, & nemo misit in illum
manus, quia nondum venerat ho-
ra eius. De turba autem multi cre-
diderunt in eum.] Et dicebant: K
Christus cùm venerit, nunquid
‡his plura‡signa faciet, quàm quæ hic
facit? Audierunt Pharisæi tur-
bam murmurantem de illo hæc: &
[mi-

⌈miserunt Pharisæi & Principes
‡ministros vt apprehenderent eũ. ‡*sacerdotum*
L Dixit ergo eis IESVS: Adhuc
modicum tempus vobiscum sum,
vado ad eum, qui misit me. Quæritis me, & non inuenietis. Et vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad seipsos: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? Quis est hic sermo, quem dixit? Quæritis me, & non inuenietis: & vbi ego sum,
M vos non potestis venire? ⌈In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat IESVS, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi e-
N rant credentes in eum.⌉ Nondum enim erat spiritus datus, quia

Iesus nondùm fuerat glorificatus.
Ex illa ergo turba cùm audissent
hos sermones eius, dicebant: Hic
est vere propheta. Alij dicebant:
hic est Christus. Quidã autẽ dice-
bant: Nũquid à Galilæa Christus
venit? Nónne scriptura dicit, quia
Mic.3.4 ex semine Dauid, & de Bethleem
castello, vbi erat Dauid, venit
Christus? Dissensio itaq; facta est O
in turba propter eum. Quidam au
tem ex ipsis volebant apprehende
re eum: sed nemo misit super illũ
manus. Venerunt ergo ministri ad
Pontifices, & Pharisæos, & dixe-
runt eis illi: Quare non adduxi-
stis illum? Responderunt ministri:
Nunquam sic locutus est homo,
sicut hic homo loquitur. Respon- P
derunt ergo eis Pharisæi: Nũquid
& vos seducti estis? Nunquid ali-
quis ex Principibus & Pharisæis
credit in eum? Sed turba hæc quæ
non nouit legem maledicti sunt.
Dixit

Q Dixit Nicodemus ad eos, ille qui
venit ad eum nocte, qui vnus erat
ex ipsis: Nunquid lex nostra iudi-
cat hominem, nisi audierit ab ipso
prius, & cognouerit quid faciat?
Responderunt & dixerunt ei: Nũ
R quid & tu Galilæus es? Scrutare
scripturas, & vide, quia propheta
à Galilæa non surgit. Et reuersi
sunt vnusquisq; in domum suam.

De muliere deprehensa in adulterio. *Ioan.* 8.
Cap. LXXIIII.

A IEsus autem perrexit in montem
Oliueti & diluculo iterũ venit
in templum. Et omnis populus
venit ad eũ, & sedens docebat eos.
Adducunt autem Scribæ & Pha-
risæi ‡ mulierem in adulterio de- ‡*ad ip-*
prehensam, & statuerũt eam in me *sum*
dio, & dixerunt ei: Magister, hæc
mulier modò deprehensa est in a- Leu. 20 a
dulterio. In lege autem ‡ mandauit ‡*nostra*

nobis Moyses, huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis‡? Hæc autem dicebant, tentãtes eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cùm autem perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hæc, ‡vnus post vnum exibant incipientes à senioribus‡. Et remãsit solus IESVS, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus: ‡dixit ei: Mulier, vbi sunt qui te accusabãt? Nemo te condẽnauit? Quæ dixit: Nemo Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condẽnabo. Vade, & amplius noli peccare.] B

‡de illa

Deu. 17. b

‡cùm à conſciẽtia redarguerentur,

‡vsque ad postremos

‡cùm neminem vidisset præter mulierem,

De verbis Christi in gazophylacio. *Ioan. 8.*

Cap. LXXV.

Iterum

A ITerum ergo locutus est eius Ie-
sus, dicens: ſ Ego sum lux mun-
di. Qui sequitur me, non ambu-
lat in tenebris, sed habebit lumen
vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisæi:
B Tu de teipso testimonium perhi-
bes: testimonium tuum nō est ve-
rum. Respondit Iesus, & dixit eis:
Et si ego testimonium perhibeo de
meipso, verum est testimoniū meū,
quia scio vnde veni, & quò vado.
Vos autē nescitis, vnde veni, aut
quò vado. Vos secundum carnem
iudicatis, ego autem non iudico
quenquam. Et si iudico ego, iudi-
cium meum verum est: quia so-
lus non sum, sed ego, & qui mi-
sit me pater. Et in lege vestra scri- Deu.19.b
ptum est, quia duorum hominum,
C testimonium verum est. Ego sum
qui testimonium perhibeo de me-
ipso, & testimonium perhibet de
me, qui misit me pater. Dice-
bant ergo ei: Vbi est pater tuus?

Respondit Iesus: Neq; me scitis, neq; patrem meum. Si me sciretis,
*vtique *forsitan & patrem meum sciretis.
Hæc verba loquutus est in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondũ venerat hora eius.] D

De alio sermone Christi, propter quem voluerunt eũ interficere. *Ioan.* 8.
Cap. LXXXVI.

DIxit ergo iterum eis:] Ego vado, & quæritis me, & in peccato vestro moriemini. A
Quò ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: Nũ quid interficiet semetipsum? quia dicit: Quò ego vado, vos non potestis venire. Et dicebat eis: Vos
*ex infernis *deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de mundo hoc. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis

catis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in
B peccato vestro. Dixerunt ergo ei: Tu quis es? Dixit ei Iesus: Principium, *qui & loquor vobis. Multa *habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit, verax est. Et ego, quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia * patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil: sed sicut docuit me pa-
C ter, hæc loquor: & qui misit me, mecum est: & non reliquit me solum, quia quæ placita sunt ei, facio semper.] Hæc illo loquente multi crediderunt in eum. [Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderũt ei, Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas *liberabit vos. Responderunt

*quia
*possum
*de patre eius locutus esset.
*liberos vos faciet.

ei: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Reſpondit eis Ieſus: Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum. Si ergo filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non *capit in vobis. Ego, quod vidi apud patrem, loquor: & vos quæ vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis. Reſponderunt, & dixerũt ei: Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quęritis me interficere hominem, qui veritatem vobis loquutus ſum, quam audiui à Deo: hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris veſtri: Dixerunt ergo ei: Nos ex fornicatio-

*habet locum

D

ne non ſumus nati, vnum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Ie ſus: Si Deus pater veſter eſſet, di-
E ligeretis vtique me. Ego enim ex Deo proceſsi, & veni. Neq; enim à meipſo veni, ſed ille me miſit.] Quare loquelam meam non cognoſcitis? quia non poteſtis audire
F ſermonem meum. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nó ſtetit, quia non eſt veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur quia mendax eſt, & pater eius.
D Ego autem quia veritatem dico,
G non creditis mihi. [Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare nó creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei. Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus

ritanus es tu,& dęmonium habes?
Respondit Iesus: Ego dæmonium
non habeo, sed honorifico patrem
meum: & vos inhonorastis me. E-
go autem nó quæro gloriam meã, H
est qui quærat, & iudicet. Amen
amen dico vobis: Si quis sermonē
meum seruauerit mortem non vi-
debit in æternum. Dixerunt ergo
Iudæi: Nunc cognouimus, quia
dæmonium habes. Abraham mor
tuus est & prophetæ, & tu dicis:
Si quis sermonem meum seruaue-
rit, mortem non gustabit in æter-
num? Nunquid tu maior es patre
nostro Abrahã, qui mortuus est?
& prophetæ mortui sunt? Quem
teipsum facis? Respondit Iesus: Si
ego glorifico meipsum: gloria mea
nihil est. Est pater meus, qui glori-
ficat me, quē vos dicitis, quia deus
noster est, & nó cognouistis eum:
Ego autem noui eum. Est si dixe-
ro, quia non scio eum, ero similis
vobis

vobis mendax: sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudęi ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit ergo eis: Amen amen dico vobis, antequã A-
I braham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscõdit se, & exiuit de templo.] ‡ Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. ‡*transiẽs per medium illorum & præteriit.*

De cæco nato. *Ioan. 9.* *Cap. LXXVII.*

[A ET præteriens Iesus, vidit hominem cęcum à natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli sui‡: Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respõdit Iesus: Neq; hic peccauit, neque parentes eius: sed vt mani- ‡*dicentes*

manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Venit nox quādo nemo poterit operari. Quā-diu sum in mundo, lux sum mundi. Hoc cùm dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos*eius, & dixit ei: Vade & laua in*natatoria Siloë, quod interpretatur missus. Abijt ergo & lauit, & venit videns. Itaque vicini, & qui viderāt eum prius (quia mendicus erat) dicebant: Nónne hic est, qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, B
quia hic est, Alij autem: Nequaquam, sed similis eius est. Ille verò dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloë, & laua.*Et abij, & laui, & video. Di-

*cæci

*piscina: sic infrà

*Vt aūt abij, & laui, visum accepi.

xerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt ad Pharisæos eum qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatú, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eú Pharisæi, quomodo* vidisset. Ille auté dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de eo, qui aperuit tibi oculos tuos? Ille auté dixit, Quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat. Et interrogauerunt eos, dicentes: Hic filius vester est, quem vos dicitis, quia cæcus natus est; quomodo ergo

*visum recepisset

ergo nunc videt? Responderunt ergo eis parētes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo autē nunc videat, aut quis aperuerit oculos eius, nos nescimus. Ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerūt parentes eius, quia timebāt Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis cōfiteretur eū esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerūt: Aetatē habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem, qui cæcus fuerat, & dixerūt ei: Da gloriam deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cùm cæcus essem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Rēspōdit eis: Dixi vobis iā, & audistis. Quid iterum vultis au- C

dire?

dire? Nunquid & vos vultis disci
puli eius fieri? Maledixerunt ei, &
dixerunt: Tu discipulus illius sis,
nos autem Moysi discipuli sumus.
Nos scimus, quia Moysi loquutus
est Deus, hũc autem nescimus, vn-
de sit. Respõdit ille homo, & dixit
eis: In hoc mirabile est, quia vos
nescitis vnde sit, & aperuit oculos
meos. Scimus autem, quia peccato
res Deus nõ audit: sed si quis Dei
cultor est, & voluntatem eius facit,
hunc Deus exaudit. A seculo non
est auditum, quia quis aperuit ocu
los cæci nati: nisi esset hic à Deo,
non poterat facere quicquam. Re-
sponderunt, & dixerunt ei: In pec
catis natus es totus, & tu doces
nos? Et eiecerunt eum foras. Audi
uit Iesus, quia eiecerũt eum foras,
& cum inuenisset eum, dixit ei: Tu
credis in filium Dei? Respondit ei
& dixit: Quis est domine, vt cre-
E dam in eum? Dixit ei Iesus: Et vi-

disti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine, & procidens adorauit eũ.] Et dixit ei Iesus: in iudiciũ ego veni in hunc mundum, vt qui nõ vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Et audierunt ex Pharisæis, qui cũ ipso erant, & dixerũt ei: Nunquid & nos cęci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc verò quia dicitis, quia videmus peccatũ vestrum manet.

De sermone Christi: Ego sum pastor bonus. *Ioan.10. Cap. LXXVIII.*

[AMen amẽ dico vobis, qui nõ intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, hic pastor est ouiũ. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas: & A

cum

cum proprias oues emiſerit, vadit
ante eas, & oues illum ſequuntur,
quia ſciunt vocem eius. Alienum
autem non ſequuntur, ſed fugiunt
ab eo, quia non nouerunt vocem
alienorum. Hoc prouerbium dixit
eis Ieſus. Illi autem non cognoue-
rũt quid loqueretur eis. Dixit er-
B go eis iterũ Ieſus: Amẽ amen dico
vobis, quia ego ſum oſtium ouiũ.
Omnes quotquot venerunt, ‡ fu- ‡ante me
res ſunt & latrones: ſed non audie
runt eos oues. Ego ſum oſtium.
Per me ſi quis introierit, ſaluabi-
tur: & ingredietur, & egredietur,
& paſcua inueniet. Fur autem non
venit, niſi vt furetur, & mactet, &
perdat. Ego veni, vt vitã habeant,
& abundãtius habeãt.] [Ego ſum *eſa.40.c*
paſtor bonus. Bonus paſtor dat ani *eze.34.f*
C mam ſuam pro ouibus ſuis. Merce g *&.17.f*
narius autem, & qui nõ eſt paſtor,
cuius non ſunt oues propriæ, vi-
det lupum venientem, & dimittit

oues & fugit & lupus rapit,& dis
pergit oues. Mercenarius autem
*nō est fugit,quia mercenarius est,& * nō
illi cura pertinet ad eū de ouibus.Ego sum D
pastor bonus,& cognosco oues me
as, & cognoscunt me meæ. Sicut
nouit me pater, & ego agnosco pa
trem: & animam meam pono pro
Eze.37.f ouibus meis. Et alias oues habeo,
quæ non sunt ex hoc ouili: & illas
oportet me adducere, & vocem
*vnus meam audient,& fiet * vnum oui-
grex le, & vnus pastor.] Propterea me
pater diligit, quia ego pono animā
meam,vt iterum sumam eam. Ne-
mo tollit eam à me, sed ego pono
eam à meipso: Potestatē habeo po-
nendi animā meam, & potestatem
habeo iterū sumendi eā. Hoc man
datū accepi à patre meo. Dissensio
‡igitur ‡ iterū facta est inter Iudæos pro-
pter sermones hos. Dicebant autē
multi ex his: Dæmoniū habet, &
insanit,quid eū auditis? Alij dice-
bant:

bant: Hæc verba non ſunt dæmoniú habentis. Nunquid dæmoniú poteſt cæcorum oculos aperire?

De Encænijs. *Ioan.10.* *Cap.* LXXIX.

A FActa ſunt autem Encænia in Hieroſolymis [*quintadecima decembris*,] & hyems erat. Et ambulabat Ieſus in templo, in porti- [*1.Mach. 4.f g.*]
B cu Salomonis. Circundederũt ergo eũ Iudæi, & dixerũt ei: Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis *palam. Reſpondit eis Ieſus: *Loquor vobis, (*liberè) (*dixi)
C & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me: ſed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. ‡ Oues meæ vocem meã audiunt, & ego agnoſco eas, & ſequuntur me. Et ego vitam æternã do eis, & nó peribunt in ęternum: & non rapiet eas quiſquam de ma- (‡*quemadmodum dixi vobis.*)

*qui dedit mihi maior nu mea. Pater meus * quod dedit mihi, maius omnibus est. Et nemo potest eas rapere de manu patris mei. Ego & pater vnũ sumus.]Sustulerunt ergo‡lapides Iudæi, vt la
‡iterum
pidarent eum. Respõdit eis Iesus: D
Multa bona opera ostẽdi vobis ex patre meo, propter quod horum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: Propter bonum opus nõ lapidamus te, sed de blasphemia. Et quia tu homo cũ sis, facis teipsum deũ. Respõdit eis Iesus. Non
psal.81.b ne scriptum est in lege vestra, Ego E
dixi, dij estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura, quẽ pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius Dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis,
quia

quia pater in me est, & ego in pa-
tre.] Quærebant ergo eum appre-
hendere, & exiuit de manibus eo-
F rum. Et abijt iterum trans Iordā-
nem, in eum locū, vbi erat Ioānes
baptizans primū, & mansit illic. Et
multi venerunt ad eum, & dice-
bant: Quia Ioannes quidem sig-
G num fecit nullū. Omnia autē quæ
cunq; dixit Ioannes de hoc, vera
erant: & multi crediderūt in eum.

De reprehensione traditionis Iudæorum. *Matth. 15. Marc. 7.* *Cap. LXXX.*

A TVnc accesserunt ad eū ab Hie- M.[
rosolymis Scribę & Pharisęi.
R. Et cùm vidissent quosdam
de discipulis eius * communibus *inqui-
manibus, id est non lotis māduca- natis
re panē * vituperauerunt Pharisæi *incusa-
enim & omnes Iudæi, nisi crebro uerunt
lauent manus, non manducant te-
nētes traditiones seniorū, & à foro

*abluti fuerint redeuntes, nisi *baptizentur, non comedunt. Et alia multa, quæ tradita sunt illis seruare, *baptismata
*ablutiones calicum & vrceorum, & æramentorum, & lectorum. Et interrogabant eum Pharisæi & Scribæ, M. dicentes: Quare discipuli tui trásgrediuntur, R. & non ambulant iuxta traditiones seniorum? M. Non enim lauant manus suas, quú B panem manducant, R. sed communibus manibus mãducant panem. M. Ipse autem respondẽs ait illis: Quare & vos mandatũ Dei transgredimini propter traditioné vestram? R. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, & baptismata vrceorum, & calicum, & alia similia ijs facitis multa. Et dicebat eis: Bene irritum fecistis mandatum Dei, vt seruetis traditionem vestram. M. Nã Deus
*præcepit *dixit. R. & Moyses: Honora patrem tuũ & matrem. Et qui male-
Exo.20.c

dixerit

dixerit patri vel matri, morte mo-
D riatur. Vos autem dicitis: Si dixe- Deut.5.b
rit homo patri & matri, Corban,
hoc eſt, domum, quodcunque ex
me, tibi profuerit, M.& non hono Le.20.b
rificabit patrem ſuum aut matrem Pro.20.a
ſuam, R.& vltra nō dimittitis eum
quicquam facere patri ſuo, aut ma
tri, *reſcindentes verbum Dei per *abro-
traditionem veſtram, quam tradi- gantes
diſtis: & multa ſimilia huiuſmodi
facitis. M. Hypocritæ, bene pro-
phetauit de vobis Eſaias, dicens: Eſa.29.d
E *Populus hic labijs me honorat, *appro-
cor autem eorum lōge eſt à me. R. pinquat
In vanum autem M. & ſine cauſa mihi po
colunt me, docentes doctrinas & pulus
mandata hominum. Et conuocatis hic ore
iterum ad ſe turbis, dixit. R. Audi- ſuo
te me omnes, & intelligite: M. Nō
quod intrat in os, coinquinat ho-
minem. R. Nihil eſt extra hominē
introiens in eum, quod poſsit eum
inquinare: ſed quę de homine pro
 cedunt,

cedunt, illa sunt, quæ coinquinãt
hominem. Si quis habet aures au- F
diendi, audiat. Et cùm introisset in
domum à turba, M. accedentes
discipuli eius, R. interrogabant eũ
parabolam, M. & dixerũt ei: Scis,
quia Pharisæi audito hoc verbo,
scandalizati sunt? At ille respon- G
dens, ait: Omnis plantatio, quam
non plãtauit pater meus cœlestis,
eradicabitur. Sinite illos, cęci sunt,
& duces cæcorum. Cæcus autẽ si
cæco ducatum præstet, ambo in fo
ueam cadunt. Respondens autem
Petrus, dixit ei: Edissere nobis pa H
rabolam hanc. At ille dixit: Ad-
huc & vos sine intellectu, R. sic &
imprudentes estis? Nõ intelligitis,
quia M. omne quod in os intrat,
R. non potest eum coinquinare?
quia non intrat in cor eius, sed in
ventrẽ vadit, & in secessum exijt,
purgans omnes escas. Dicebat au-
tem: Quoniam M. quę procedunt
de

de ore, de corde exeunt, & ea coin quinant hominem. R. Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, M. homicidia, adulteria fornicationes, furta, falsa testimonia, * blasphemiæ, R. auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, superbia, stultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt, M. & hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, nō coinquinat hominem.]

*conuicia

De Chananæa muliere.
Matt.15. Mar.7. Cap. LXXXI.

[A M ET egressus inde, Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. R. Et ingressus domum nemi mem voluit scire, & non potuit latere. M. Et ecce mulier Chananęa, R. gentilis, & Syrophœnissa genere, vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, M.

egressa

egressa à finibus illis, R. intrauit M. & clamauit dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur. Qui nõ respondit ei verbum. Et accedẽtes discipuli eius, rogabãt eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: B
Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël. At illa venit, & adorauit eum, R. & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis Syrophœnissa genere: & rogauit eum, vt dæmonium eijceret de filia eius, M. dicens: Domine adiuua me. Qui respõdens, ait: R. Sine prius saturari filios. M. Nõ est enim bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa respondens, dixit illi: Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum, R. & comedunt de micis sub mẽsa puerorũ. M. Tunc respon-

respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: Fiat tibi, sicut vis. R. Propter hunc sermonē vade, exijt dæmonum de filia tua. M. Et sanata est filia eius ex illa hora.] Et cum abijsset domum suam, inuenit puellam iacentem super lectum, & dæmonium exisse.

B

De surdo, & muto sanatis, & multis alijs. *Matthæi. 15. Marci. 7* *Cap. LXXXII.*

A ET iterum exiēs de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, quod est inter medios fines Decapoleos: & adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius. Et suspiciens in cœlum ingemuit, & ait: Epheta, quod est aperire. Et statim apertæ R. [

sunt


sunt aures eius & solutum est vin
culum linguæ eius, & loquebatur
rectè. Et præcepit eis, ne cui dice-
*abundantius rent. Quanto autem eis præcipie- B
bat tãto magis *plus prædicabant,
*stupebant & de eo amplius *admirabantur
dicentes: Bene omnia fecit, & sur-
dos fecit audire, & mutos loqui.]
esa.35.b [Et ascendens in montem sede-
bat ibi. Et accesserunt ad eum tur C
*mutilos bæ multæ, habentes secum mutos
& claudos, *debiles, cęcos, & alios
multos, & proiecerunt eos ad pe-
‡*mutilos incolumes* des eius, & curauit eos, ita vt tur-
bæ admirarentur, videntes mutos
loquentes ‡ claudos ambulantes,
*glorificabant cæcos videntes, * & magnificabãt
Deum Israël.] D

QVARTA PARS.

Continens ea, quæ fecit, ac dixit Iesus anno ætatis suæ tricesimotertio.

De

De secunda refectione turbæ ex septem panibus.
Matthæi.15. Marci.8.
Cap. LXXXIII.

I R A

N diebus illis, iterum cùm turba multa esset cum Iesu, nec haberēt quod mādducarent, cōuocatis discipulis suis, ait illis: Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, M. & perseuerant mecum, nec habent quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via: R. quidā enim ex eis de longe venerunt. Responderunt ei discipuli: Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? M. Vnde nobis panes in deserto tāti, vt saturemus turbā tantam? R. Et interrogabat eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem, M. & paucos pisciculos. R. Et præcepit

tur

turbæ, vt discumberent super terram. Et accipiēs septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent. Et apposuerunt turbæ, M. & dederunt populo. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. R. Et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas plenas. Erant autē qui manducauerāt, quasi quatuor milia hominum, M. extra paruulos & mulieres, R. & dimisit eos. M. Et dimissi turba, ascendit in nauiculam cum discipulis suis, & venit in fines Magedon R. partes Dalmanutha.

De Iudæis iterum petentibus signum de cœlo, & fermento Pharisæorum cauēdo. *Matthæi.16. Marci.8.*
Cap. LXXXIIII.

M. ET accesserunt ad eū Pharisæi & Sadducæi tentantes, & rogaue- A

gauerunt eum, vt signum de cœlo ostenderet. At ille respondens, ait illis: Facto vespere dicitis: Serenũ erit, rubicundum enim est cœlum. Et manè, Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. ‡faciem* ergo cœli dijudicare nostis: signa autem temporum non potestis? R. Et ingemiscens spiritu, ait: Quid ge-
B neratio ista signũ quęrit? M. Generatio mala et adultera signũ quęrit. R. Amẽ dico vobis: M. Non dabitur R. generationi huic signũ, M. nisi signũ Ionę ꝓphetę. Et relictis illis R. ascendit in nauim, & abijt trãs fretũ. M. Et cũ venissent discipuli eius trans fretũ, obliti sunt panes recipere. Et nisi vnũ panem habebant secũ in naui. R. Et præcipie-
C bat eis, dicens: M. *Intuemini, & cauete à fermẽto Pharisæorum & Sadducęorũ, R. & à fermẽto Herodis. M. At illi cogitabãt intra se, dicẽtes: Quia panes non accepimus.

‡*Hypocritæ*
*quidẽ
Io.2.a
*Videte

R. Quo cognito, ait illis Iesus: M. Quid cogitatis inter vos, modicæ fidei, quia panes non* habetis? R. Nondũ cognoſcitis, nec intelligitis? Adhuc cæcatũ habetis cor veſtrum? oculos habentes, & nõ videtis, & aures habentes, nõ auditis? Nec recordamini, quãdo quinq; panes fregi in quinq; milia hominũ? Et quot cophinos fragmentorũ plenos ſuſtuliſtis? Dicũt ei: Duodecim. Quãdo & ſeptem panes in quatuor milia hoĩm, & quot ſportas fragmentorũ tuliſtis? Dicũt ei: Septem. Et dicebat eis: Quomodo nondũ intelligitis, M. quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermẽto Phariſęorũ & Sadducæorũ? Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendũ à fermento panũ: ſed à doctrina Phariſęorũ & Sadducęorũ.

*accepiſtis

D

E

De cæco Bethſaide ſanato.
Mar. 8. Cap. LXXXV.

Et

A ET veniunt Bethſaida,& addu
cunt ei cæcum. Et rogabant
eum,vt illum tangeret.Et ap-
prehenſa manu cæci,educit eũ ex-
tra vicũ,expuens in oculos eius:&
impoſitis manibus ſuis interroga-
uit eũ, ſi quid videret? Et aſpiciẽs,
ait: Video homines velut arbores
B ambulantes. Deinde iterum impo
ſuit manus ſuper oculos eius, &
*cœpit videre. Et reſtitutus eſt ita, *fecit
vt clarè videret omnia. Et miſit illũ reſpice-
in domum ſuam,dicens: Vade in re
C domũ tuam. Et ſi in vicũ introie-
ris,nemini dixeris. Et egreſſus eſt
Ieſus & diſcipuli eius in caſtella.

De cõfeſsione verę fidei,quã fecit Petrus. *Matt.16. Mar.8. Luc.9. Cap. LXXXVI.*

A VEnit autẽ in partes Cæſareæ [M.
Philippi. L.Et factũ eſt cũ ſo
lus eſſet orans, & diſcipuli e-
ius cũ eo, R.in via M.interrogabat

discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis?
L. quem me dicunt esse turbæ? R.
Et responderunt illi, dicentes: M.
Alij Ioannem Baptistam: alij Heliam, alij verò Hieremiam, R. alij
verò quasi vnum de prophetis. L.
Alij verò, quia vnus propheta de
prioribus surrexit. R. Tunc dixit
illis Iesus: M. Vos autem quē me
esse dicitis? Respondens Simō Petrus, dixit: Tu es Christus filius
Dei viui. Respōdens autem Iesus,
dixit ei: Beatus es Simon Bariona,
quia caro & sanguis non reuelauit
tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Et ego dico tibi, Quia tu es Pe B
trus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prȩualebunt aduersus eā.
Et tibi dabo claues regni cœlorū,
& quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: &
quodcunque solueris super terrā
erit

C erit ſolutum & in cœlis.] L. At ille increpans eos R. comminatus eſt eis, M. & præcepit diſcipulis, vt nemini dicerent de illo, quòd ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. Exinde cœpit Ieſus docere eos & oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eũ ire Hieroſolymam, & multa pati, R. & reprobari à ſenioribus, & à ſummis ſacerdotibus & Scribis M. & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. R. Et
D palam verbum loquebatur. M. Et aſſumens eum Petrus cœpit illum increpare, dicens: Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. R. Qui cõuerſus videns diſcipulos, comminatus eſt Petro, dicens: M. Vade retro poſt me* Satana. Scandalum es mihi: quia nõ ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.

*aduerſarie

De cruce baiulanda poſt Chriſtum. *Matt.16.*

Mar.8 & .9. Luc.9. Cap.lxxxvij.

R. ET conuocata turba cũ discipu A
lis suis, dicebat ad omnes M.
[Si quis vult post me venire,
abneget semetipsum, & tollat cru-
cem suam & sequatur me. Qui e-
nim voluerit animam suam saluam
facere, perdet eam. Qui autem per
diderit animam suam propter me,
R.& Euãgelium, saluã faciet eum, B
M.& inueniet eã. Quid enim pro-
dest homini, si vniuersum mũdum
lucretur, animæ verò suæ detri-
mentũ patiatur: L. & semetipsum
perdat, & detrimentum sui faciat?
M. Aut quam dabit homo commu
tationem pro anima sua? Filius e-
nim hominis venturus est in glo-
ria sui patris cum angelis suis, &
tunc reddet vnicuique secundum
*confu- opera eius. R. Qui enim me con- C
sus fessus fuerit, & verba mea in gene-
ratione ista adultera & peccatrice:
& si-

& filius hominis *confitebitur cũ, cùm venerit in gloria patris sui cũ angelis suis. L. Nam qui erubuerit me,& sermones meos, hunc filius hominis erubescet, cùm venerit in *maiestate sua,et patris,et sanctorũ angelorum.R. Et dicebat illis: Amē dico vobis.M.Sunt quidam de hic stantibus qui nō gustabunt mortē,donec Videant filium hominis veniētem in regno suo.]

*cōfundetur

*gloria

A

B

De trāsfiguratione domini.
Matt.17. Marci.9. Lucæ.9.
Cap. LXXXVIII.

L. A FActum est autem M. post dies sex,L.post hæc verba ferè dies octo: M. [assumpsit Iesus Petrum,& Iacobum,& Ioannem fratrem eius : & duxit illos in montē excelsum seorsum R. solos, L. vt oraret. M. Et * transfiguratus est ante illos. L.Et facta est, dum oraret,species vultus eius altera,M.&

*trāsformatus

C

resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt
*lux alba velut*nix, R. & qualia fullo non potest candida facere super ter
*visi ram. L. Et ecce duo viri M. *appa B
sunt ruerũt eis Moyses & Helias, cum eo loquentes, L. visi in maiestate.
*exitum Et dicebant*excessum eius, quem completurus erat in Hierusalẽ. Petrus verò,& qui cum illo erãt, grauati erant somno. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo. Et factum est dum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: M. Domine, bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Heliæ vnũ.
R. Non enim sciebat quid diceret. C
Erant enim timore exterriti. M. Adhuc autem illo loquẽte ecce nubes lucida obumbrauit eos, L. & timuerũt illis in nubem intrãtibus. M. Et ecce venit vox de nube, dicens:

cẽs: Hic eſt filius meus dilectus, R. charißimus, M. in quo mihi bene placui, ipſum audite. Et audientes diſcipuli eius, ceciderũt in faciem ſuã, & timuerunt valde. Et acceſsit Ieſus & tetigit eos, dixitq́; eis: Surgite, nolite timere. L. Et dum fieret vox, M. leuantes oculos ſuos, R. & circunſpicientes, neminẽ viderunt amplius, niſi Ieſum tantùm ſecum: L. & inuentus eſt Ieſus ſolus. M. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit illis Ieſus, dicens: Nemini dixeritis viſionẽ, donec filius hominis à morte re-
D ſurgat.] Et verbum continuerũt apud ſe, conquirentes, quid eſſet, cùm à mortuis reſurrexerit. L. Et tacuerunt ipſi, & nemini *dixerunt in illis diebus quicquã ex his, quæ viderant. M. Et interrogauerunt eum diſcipuli eius, & dicebant: Quid ergo dicunt Scribæ. R. & Phariſæi, quia Heliam oportet ve- nire

*renunciauerũt

Mal. 4. b

nire primùm? Qui respondens, ait
illis: M. Helias quidem venturus
est, R. & dum venerit, primò re-
stituet omnia· & quomodo scrip-
de filio tum est *in filium hominis, vt mul
ta patiatur, & cõtemnatur. M. Di-
co autem vobis, quia Helias iam
venit, & non cognouerunt eum:
sed fecerunt in eo, quæcunq; vo-
luerunt, R. sicut scriptum est de
eo. M. Sic & filius hominis passu-
rus est ab eis. Tunc intellexerunt
discipuli, quia de Ioanne Baptista
dixisset eis.

De spiritu muto & lunatico, quẽ non potuerũt curare disci puli Christi. *Mat.*17. *Mar.*9. *Luc.*9. *Cap.* LXXXIX.

FActum est autem in sequenti L.
die, descendẽtibus illis de mõ A
te, R. & veniens ad discipulos
suos, vidit turbam magnam circa
eos, & Scribas conquirentes cum
illis.

illis. Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expauerunt. M. Et cùm venisset ad turbã, R. accurrẽtes salutabãt eum: & interrogauit eos: Quid inter vos conquiritis? L. Et ecce R. respondens L. vir R. vnus de turba
B M. accessit ad eum * genibus prouolutus ante eũ L. & exclamauit, dicens: Magister. R. attuli filium meum ad te, habentẽ spiritum mutum, qui vbicunq; apprehenderit eũ, allidit eũ, & spumat, & stridet dẽtibus, & arescit. M. Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur. Nã sæpe cadit in ignẽ, & crebrò in aquã. L. Vnicus mihi est. Et ecce spiritus apprehendit illum, et subitò clamat, & elidit & dissipat eum cum spuma, & vix discedit, dilanians eum. Et obtuli eum discipulis tuis, M. rogaui, L. vt eijcerent eum, M. & non potue
C runt curare eum. Respõdens Iesus, ait:

*genu flectens.

ait: O generatio incredula, L. infi-
*distor- delis, M. & *peruersa: quousq; ero
ta vobiscum? vsquequo patiar vos?
Adferte huc illum ad me, R. & at-
*illum tulerunt *eum. L. Et cùm accede-
ad eum ret, R. & vidisset illum, statim spi-
ritus turbauit illum, L. & elisit eũ
*cadens dæmoniũ, & dissipauit: R. & * eli-
sus in terram volutabatur, spumãs.
Et interrogauit patrem: Quantum
temporis est, ex quo ei hoc accidit?
Et ille dixit: Ab infantia, & frequé-
ter eum in ignem, & in aquam mi-
sit, eũ perderet. Sed si quid potes, D
adiuua nos, misertus nostri. Iesus
autem ait illi: Si potes credere, om-
nia possibilia sunt credenti. Et có-
tinuò exclamans pater pueri cum
lachrymis, aiebat: Credo Domi-
ne, adiuua incredulitatem meã. Et
cùm vidisset Iesus concurrentem
turbam, cóminatus est spiritui im-
mũdo, M. & increpauit eum Iesus,
R. dicens; Surde, & mute spiritus,
ego

ego præcipio tibi, exi ab eo, & am-
E plius ne introëas in eum. Et excla-
mans & multùm discerpens eum,
M. exijt ab eo dęmonium, L. & fa-
ctus est sicut mortuus, ita vt multi
dicerent, quia mortuus est. Iesus
autem tenens manum eius, eleua-
uit eum, & surrexit, M. & curatus
est puer in illa hora; L. & reddidit
illum patri suo. Stupebant autem
F omnes in *magnitudine Dei, om- *magnificentia
nibusque mirantibus in omnibus
quæ faciebat, ‡dixit ad discipulos ‡iesus
suos: Ponite vos in *cordibus ve- *aures vestras
stris sermones istos. filius enim ho
minis, futurum est, vt tradatur in
manus hominũ. R. Et cùm introis-
sent domum discipuli eius, M. ac-
cesserunt ad eum *secretò, & dixe- *seorsim
runt ei: Quare nos non potuimus
curare eum? Dixit illis Iesus: Pro-
pter incredulitatem vestram. Amē
quippe dico vobis, si habueritis fi-
dem sicut granum sinapis, dicetis

C sibi imperauerat? Non puto. Sic & vos, cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.]

De solutione didrachmatis. *Matt. 17. Cap. XCI.*

D ET cùm venissent Capharnaũ, accesserunt, qui didrachma accipiebãt, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester nõ soluit didrachma? Et ait: Etiã. Et cùm intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Et dixit ei Iesus: Ergo liberi sunt filij. Vt autẽ non scãdalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamũ, & eum piscẽ, qui primus ascẽderit, tolle: Et aperto ore eius, inuenies staterem, illum sumẽs, da

eis

eis pro me, & te.

De contentione discipulorum quis eorum videretur esse maior. *Mat.* 18. *Mar.* 9. *Lucæ.* 9.
Cap. XCII.

IN illa hora, L. intrauit cogitatio in eos, quis eorum esset maior. At Iesus videns cogitationes cordis illorum, R. qui cùm domi esset, interrogabat eos: Quid in via *tractabatis? At illi tacebant. Si quidem in via inter se disputauerant, quis esset illorum maior. M. Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: [Quis putas maior est in regno cœlorum? R. Et residens vocauit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium *nouissimus, & omnium minister. M. Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum * secùs se in medio eorũ. R. Quem cùm complexus esset, ait illis

M E F

*inter vosipsos tractabatis?

*vltimus

*iuxta

illis: M. Amen dico vobis: Nisi cõ
uersi fueritis, & efficiamini sicut
paruuli, non intrabitis in regnum
cœlorum. Quicunq; ergo humilia
uerit se, sicut paruulus iste, hic ma-
ior est in regno cœlorũ. Et qui susci
ceperit vnum paruulũ talem in no
G mine meo, me suscipit. R. Et quicũ
que me susceperit, non solùm me
suscipit, sed eum, qui misit me. L.
Nam qui minor est inter vos om-
nes, hic *maior est. M. Qui autem *magn⁹
scãdalizauerit vnũ de pusillis istis
minimis qui in me credunt, expe-
dit ei, vt suspendatur mola asina-
ria in collo eius, & demergatur in
profundum maris. Væ mũdo à scã
dalis. Necesse est enim, vt veniant
scandala: veruntamẽ, væ homini il
li, per quẽ scandalum venit. Si autẽ
R. manus tua scandalizat te, abscin
H de eam, M. & proijce abs te. R. Bo
num est tibi *debilem, vel claudũ, *mancũ
introire in vitã, quàm duas manus
R habeu-

habentem,ire in gehennam, M.in ignem æternum,R.& inextinguibilem: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonū est tibi claudum intrare in vitam æternam, quàm duos pedes habentē mitti in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum nō moritur,& ignis nō extinguitur. Et si oculus tuus scādalizat te,erue eū,M.& proijce abs te. R. Bonum est tibi lusco cū vno oculo vitā intrare, quā duos oculos habentem mitti in gehennā ignis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enī igne salietur,& omnis victima sale salietur. Bonum est sal. Quòd si sal insulsum fuerit,in quo illud cōdietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. M. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis,quia angeli eorū in

I

K

cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.] Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oues, & errauit vna ex eis: nónne relinquit nonaginta noué in *deserto, & vadit quærere *monti-
M eã, quę errauerat? Et si contigerit, bus
vt inueniat eam: amen dico vobis, quia gaudet super eã magis, quàm super nonagintanouem, quę non errauerunt. Sic nõ est voluntas ante patrem vestrum, qui in cęlis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

De illo qui eijciebat dæmonia, & non sequebatur Christum. *Marci. 9. Lucæ.9.* *Cap.* XCIII.

R. A RESpõdit illi Ioannes, dicens: Magister, L. vidimus quendã in nomine tuo eijcientem dęmonia: & prohibuimus eum, quia nõ sequitur te nobiscũ. Et ait ad il-

 los

los Iesus: R. Nolite prohibere eũ. Nemo est enim qui faciat virtuté in nomine meo, & possit citò malè loqui de me. L. Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. R. B
Quisquis vobis potũ dederit calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis: amẽ dico vobis, non perdet mercedem suam.

De tribus parabolis ouis videlicet, & drachmæ perditæ, & filij prodigi. *Lucæ.15.* *Cap.* XCIIII.

I ERant autem appropinquantes A
ei publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Scribæ & Pharisæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicẽs: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonagintanouẽ in deserto, & va-

De oue

et vadit ad illã quę perierat, donec inueniat illã? Et cùm inuenerit illam, imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum, cõuocat amicos & vicinos, dicẽs illis: *Cõgratulamini mihi: quia inueni ouẽ meam, quæ perierat. Dico vobis, quòd ita erit gaudiũ in cœlo, super vno peccatore pœnitentiã agẽte, quã super nonagintanouẽ iu- *Congaudete

B stis, qui nõ indigẽt pœnitẽtia. Aut quę mulier habẽs drachmas decẽ, & si perdiderit drachmã vnã nõne accendit lucernam, & *euertit domum & quærit diligenter, donec inueniat eã? Et cũ inuenerit, cõuocat amicas & vicinas dicẽs: Cõgratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdiderã. Ita dico vobis: Gaudiũ erit angelis dei super vno peccatore pœnitentiã agẽte.] De drachma. *verrit

C Ait autẽ: [Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portio- De filio prodigo.

nem ſubſtantiæ, quæ me cõtingit.
Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et non
poſt multos dies cõgregatis omni-
bus, adoleſcentior fili⁹ peregrè pro
fectus eſt in regionem longinquã.
Et ibi diſsipauit ſubſtãtiam ſuam,
viuendo luxurioſè. Et poſtquam
omnia cõſumpſiſſet, facta eſt fames
valida in regiõe illa. Et ipſe cœpit
egere, & abijt, & adhæſit vni ciuiũ
regionis illius, & miſit illum in vil
lam ſuam, vt paſceret porcos. Et cu
piebat ventrem ſuum implere de ſi
liquis, quas porci manducabant, &
nemo illi dabat. In ſe autem reuer-
ſus, dixit: Quãti mercenarij in do
mo patris mei abundant panibus?
& ego hic fame pereo. Surgam, &
ibo ad patrem meũ, & dicam illi:
Pater peccaui in cœlum & coram
te, iam non ſum dignus vocari fi-
lius tuus: fac me, ſicut vnum de
mercenarijs tuis. Et ſurgens, ve-
nit ad patrem ſuum. Cũ autem
adhuc

adhuc longè * esset, vidit illum pa- *abesset
ter suus, & misericordia motus est.
Et occurrens, cecidit super collum
eius, & osculatus est eum. Dixit-
que ei filius. Pater peccaui in cœ-
lum & coram te, iam non sum di-
gnus vocari filius tuus. Dixit au-
tem pater ad seruos suos: Citò,
proferte stolam primam, & indui-
te illum, date & annulum in ma-
nu eius, & calciamenta in pedes
eius: & adducite vitulum ‡ sagina- ‡*illum*
tum, & * occidite, & manducemus, *macta-
& * epulemur, quia hic filius meus te
murtuus erat, & reuixit: perierat, *læte-
D & inuentus est. Et cœperunt epu- mur
lari. Erat autem filius eius senior
in agro: & cùm veniret, & appro-
pinquaret domui, audiuit sympho
niam & chorum, & vocauit vnum
de seruis, & interrogauit, quæ hæc
essent. Isque dixit illi: Frater tuus
venit, & occidit pater tuus vitulũ
saginatum, quia saluum illum re-
 cepit.

*Iratus cepit. *Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illũ. At ille respondens patri suo, dixit: Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatũ tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hœdũ, vt cum amicis meis epularer, sed postquã hic filius tuus, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti ei vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, epulari autẽ & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.] E

De correptione fraterna.
*Mat.*18. *Luc.*17. *Cap.*XCV.

L. Attendite vobis. M. [Si autẽ peccauerit in te frater tuus, vade & corripe L. & increpa illum M. inter te & ipsum solum. A

Si

Si audierit te, L. & *pœnitentiam egerit, dimitte illi, M. & lucratus es fratrem tuum. L. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die ad te conuersus fuerit, dicens: Pœnitet me. Dimitte illi. M. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorũ testium, vel triũ stet omne verbum. Quòd si nõ audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autẽ & Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis. Et quæcunque solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlis. Iterũ dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quãcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eũ,

*resipuerit

B

Le. 19. d
deu. 19. b
ecc. 19. b

C

dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam illi, vsq; septies? Dixit illi Iesus: Non dico tibi: Vsque septies: sed vsque septuagesies septies.]

De seruo nequam, cui omne debitũ dimissum fuerat. *Mat.*18. *Cap.* XCVI.

[A IDeo assimilatum est regnũ cœlorum homini regi, qui voluit rationẽ ponere cum seruis suis. Et cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat decem milia talenta. Cùm autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus venundari, & vxorẽ eius, & filios, & omnia quæ habebat, & *reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eũ, dicens: ‡Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & *debitum dimisit ei. Egressus autem

*solutionẽ fieri
‡Domine
*mutuũ

seruus

seruus ille, inuenit vnum de cõser-
uis suis, qui debebat ei centũ dena
rios, & tenens suffocabat eum, di-
B cens: Redde quod debes. Et proci
dens conseruus eius ‡ rogabat eũ, ‡ad pedes
dicens: Patientiam habe in me, & eius
omnia reddam tibi. Ille autem no
luit, sed abijt, & misit eum in carce
rem, donec redderet debitũ. Vidẽ-
tes autem conserui eius, quæ fie-
bant, contristati sunt valde: & ve-
nerunt & narrauerũt domino suo
omnia, quę facta fuerãt. Tunc vo-
cauit illũ dominus suus, & ait illi:
C Serue nequã, omne debitũ dimisi
tibi, quoniã rogasti me: nõne ergo
oportuit & te misereri cõserui tui,
sicut & ego tui misertus sum? Et
iratus dominus eius, tradidit eum
tortoribus, quoadusq; redderet v-
niuersum debitum. Sic & pater
meus cœlestis faciet vobis, si non
remiseritis vnusquisque fratri suo ‡delicta
de cordibus vestris ‡.] eorum

De Christi aduétu in fines Iudææ: & vt discipuli non timeant eos qui corpus occidunt. *Mat.19. Mar.10. Lucæ.12.* *Cap.* XCVII.

M. ET factum est, cùm cósummasset Iesus sermones istos migrauit à Galilæa, & ſ venit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eũ turbæ multæ, & curauit eos ibi: R. & sicut consueuerat, iterum docebat eos. L. Multis autem turbis * circunstantibus, ita vt seinuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: ſ Attendite ‡ à fermento Pharisæorũ, quod est hypocrisis. Nihil enim opertũ est, quod non reueletur: neque absc̃oditum, quod nó sciatur. Quoniam quę in tenebris dixistis, in lumine * dicentur. Et quod in aure locuti estis in * cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autẽ vobis amicis A B C

*concurrẽtibus
‡vobis-ipsis
*audientur.
*penetralibus

micis meis : Ne terreamini ab ijs, qui occidunt corpus, & post hoc nō habent amplius quid faciāt. Ostendam autem vobis, quē timeatis. Timete eũ, qui postquā occiderit, habet potestatē mittere in gehē nam. Ita vobis dico, hunc timere. Nonne quinq; passeres veneunt *dipondio, & vnus ex illis nō est in obliuione corā Deo, nec cadit in terrā sine patris vestri volũtate? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores, & D *pluris estis vos. Dico autem vobis: Quicunq; me confessus fuerit corā hominibus, & filius hominis confitebitur eũ coram angelis Dei.] Qui autem negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis Dei. Et omnis, qui dixerit verbum in filium hominis, remittetur illi. Si autē in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur

*assicu-lis duobus

*præstantis

mittetur ei. Cùm autem inducent E
vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates: nolite soliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.

De causa dimittendi vxorē.
Mat. 19 *Mar.* 10. *Lucæ.* 16.
Cap. XCVIII.

M.ſ ET accesserunt Pharisæi tentātes eum, atque dicentes: Si licet homini dimittere vxorem quacunq; ex causa? R. At ille respondēs, ait: Quid vobis præcepit A
Gen. 1. *d* Moyses? Qui dixerunt: Moyses permisit libellū repudij scribere, & dimittere. M. Qui respondens, ait illis: Nō legistis, quia qui fecit hominem ab initio creaturę, masculū
Gen. 2. *d* & fœminā fecit eos? Et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ;

ſuę: & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniūxit, ho
B mo non ſeparet. Dicunt illi. Quid ergo Moyſes mandauit dare libellū repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiā cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, R. & ſcripſit vobis præceptum iſtud. M. Ab initio autem non fuit ſic. R. Et in domo iterum diſcipuli eius de eodem inter Deute-ron.24.a
C rogauerunt eū. Et ait illis: M. Dico autem vobis, quia quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. R. & adulterium committit ſuper eam. L. Et qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur. R. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. M. Dicunt ei diſcipuli eius: Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit: Nō omnes capiūt

verbum

verbum istud, sed qiubus datum est.] Sunt enim eunuchi, qui de D
matris vtero sic nati sunt. Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi, qui semetipsos castrauerunt, propter regnū cœlorū. Qui potest capere, capiat.

De paruulis oblatis Domino. *Mat.* 19. *Marc.* 10. *Lucae.* 18. Cap. XCIX.

M TVnc oblati sunt ei paruuli in- A
fantes, vt tangeret eos, & manus imponeret & oraret. L. Quod cùm viderēt discipuli, increpabāt illos, R. & cōminabantur offerentibus. Quos cū vidisset indignè tulit. L. Iesus autē conuocans illos, dixit eis: M. finite paruuols venire ad me, & nolite prohibere eos, talium est enim regnum cœlorum. L. Et dixit: Amen dico vobis, quicunq; non acceperit regnū dei vt puer nō intrabit in illud. R.

Et

E Et complexus illos, & imponens manum ſuper eos, benedicebat illos. M. Et cum impoſuit eis manus, abijt inde.

De adoleſcente quærente, quid faciendo vitam æternam poſsideret. *Mat.* 19. *Marci.* 10. *Lucæ.* 18.

Cap. C.

A Abijt inde Ieſus. R. Et cùm egreſſus eſſet in via, ecce vnus princeps præcurrens, & accedens genu flexo ante eum interrogabat, & rogabat illum, dicens: M. Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Dixit ei Ieſus: Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata. R. Præcepta noſti? M. Dicit illi: Quæ? Ieſus autem dixit illi: Nõ homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non

M.{

EX.20.A

B

S falſum

falſum teſtimonium dices, R. Ne fraudẽ feceris. M. Honora patrem tuum, & matrem tuã. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Dixit illi adoleſcens: Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea. Quid adhuc mihi deeſt? R. Ieſus autem intuitus eum, dilexit eũ. L. Quo audito Ieſus ait: Adhuc vnum tibi deeſt. M. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni & ſequere me.] Cùm autem audiſſet adoleſcens verbum, abijt triſtis & mœrens. Erat enim habens multas poſſeſsiones, & diues valde. L. Videns autẽ Ieſus triſtẽ factũ, ait diſcipulis ſuis: Quàm difficile qui pecuniam habent in regnum Dei intrabunt. C

Quàm difficile ſit diuiti, intrare in regnũ cœlorum. *Mat.* 19. *Luc.* 18. *Mar.* 10. *Cap.* CI.

M AMen dico vobis, quia diues
D difficile intrabit in regnũ cœ
lorum. R. Diſcipuli autem ob
ſtupeſcebant in verbis eius. At Ie-
E ſus rurſus reſpondens, ait illis: Fi-
lioli quàm difficile eſt, confidentes
in pecunijs in regnum Dei introi-
re! M. Et iterum dico vobis: Faci-
lius eſt camelum per foramen acus
tranſire, quàm diuitem intrare in
regnum cœlorum. Auditis autem
his diſcipuli mirabantur valde. R.
Quidam qui hoc audiebãt, magis
admirabantur, dicentes ad ſeipſos:
L. Et quis poteſt ſaluus fieri? R.
Et intuens illos Ieſus, ait illis: M.
F Apud homines hoc impoſsibile
eſt, ſed apud Deum omnia poſsi-
bilia ſunt. L. Quæ impoſsibilia
ſunt apud homines, poſsibilia ſunt
apud Deum.

De pręmio relinquẽtis om-
nia, & Chriſtum ſequentis.

Matt. 19. *Mar.* 10. *Luc.* 18.
Cap. CII.

M TVnc respondens Petrus, cœpit ei dicere : [Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Respondens Iesus, ait eis: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, R. cum persecutionibus propter me, & propter euãgelium, M. & propter nomen meum, L. & regnum Dei, M. centuplum R. nunc in tempore hoc: L. & multo plura etiam in seculo futuro, vitam ætern㠖M. possidebit.] Multi autem erunt primi nouis-

A

B

C

nouiſsimi,& nouiſsimi primi.

De denario diurno operariorum in vineam miſſorũ. *Mat. 20.* *Cap.* CIII.

[A Simile eſt regnum cœlorum homini patriſamiliâs, qui exijt *primo mane conducere operarios in vineam ſuã. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario* diurno, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam,& quod iuſtum fuerit,dabo vobis. B Illi autem abierũt. Iterum autem exijt circa horã ſextam & nonam, & fecit ſimiliter. Circa vndecimam verò ‡ exijt & inuenit alios ſtãtes, ‡ & dixit illis: Quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei: Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. ‡ Cùm autem ſero factum eſſet,

*ipſo ſtatim diluculo
*in die
‡*horam*
‡*otioſos*
‡*& quodcunque fuerit iuſtum accipietis*

esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedē, incipiens à nouissimis vsq; ad primos. Cùm venissent ergo, qui circa vndecimam horam venerant, acceperūt *singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamiliâs, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares nobis illos fecisti, qui portauimus pōdus diei & æstus. At ille respondens vni eorum, dixit: Amice, nō facio tibi iniuriam: Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. *Aut non licet mihi quod volo ‡facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.

*singuli denariū

C

*An

‡*in his, quæ mea sunt*

D

Multi

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.]

De Villico iniquitatis. *Luc.16.*
Cap. CIIII.

A DIcebat auté & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat* villicum. Et hic* diffamatus est apud illũ,* qua si dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Iam enim non poteris villicare. Ait autẽ villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciã, vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiãt me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Cẽtum* cados olei. Dixitq; illi: Accipe* cautionem

[*dispensatorem
*delatus
*veluti dissipãs facultates

*batos
*literam

nem tuam, & sede, citò scribe quin
quaginta. Deinde alio dixit: Tu
verò quantū debes? Qui ait: Cen
tum coros tritici. Ait illi: Accipe
literas tuas, & scribe octoginta. Et
laudauit dominus villicum ini-
quitatis, quia prudenter fecisset,
quia filij huius sæculi prudentio-
res filijs lucis in generatione sua
sunt. Et ego vobis dico: Facite vo- B
*iniustitiæ bis amicos de mammona *iniquita
tis, vt cùm defeceretis, recipiant
vos in æterna tabernacula.] Qui C
*multo fidelis est in minimo, & in *maiori
*minimo fidelis est. Et qui in * modico ini-
quus est, & in maiori iniquus est.
Si ergo in iniquo mãmona fideles
non fuistis, quod verũ est, quis cre
det vobis? Et si in alieno fideles nõ
fuistis, quod vestrũ est, quis dabit
vobis? Nemo seruus potest duobus D
*vnum amplectetur dominis seruire. Aut enim vnum
odiet, & alterum diliget, aut *vni
adhærebit, & alterum contemnet.
Non-

Non potestis Deo seruire & mā-
monæ. Audiebant aūt omnia hęc
Pharisæi, qui erant auari, & * deri- *subsan
debant illum. Et ait illis: Vos estis nabant
qui iustificatis vos coram homini-
bus. Deus autem nouit corda ve-
stra: quia quod hominibus altū est
E abominatio est apud Deum. Lex
& prophetæ vsque ad Ioanné: ex
eo‡regnū Dei euāgelizatur, & om ‡tempore
nis in illud vim facit. Facilius est
enim cœlum & terram præterire
quàm de lege vnum apicé cadere.
F Omnis qui dimittit vxorem suā,
& ducit alterā, mœchatur. Et‡qui ‡omnis
dimissam à viro ducit, mœchatur.

De diuite epulone.

Lucæ.16 Cap. CV.

A HOmo quidam erat diues, qui
induebatur purpura & bysso *porre-
& epulabatur quotidie splen ctus erat
didè. Et erat quidam mendicus, ad vesti-
nomine Lazarus, qui * iacebat ad bulum

 ianuam

ianuam eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, et lingebant vlcera eius. Factum est B
autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autẽ & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans, dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. *Et in his omnibus, inter nos & vos *chaos magnũ firmatũ est, vt hi qui volũt hinc trãsire ad vos,

*sup hęc omnia
*vorago

non

non possint: neq; inde huc transmeare. Et ait: Rogo te ergo pater, vt mittas eum in domũ patris mei.
B Habeo enim quinq; fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hũc locũ tormentorũ. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas audiãt illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiã agent. Ait aũt illi: Si Moysen & prophetas nõ audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.] [*Post hæc iuit Iesus cum discipulis suis trãs Iordanem, vbi primo Ioãnes baptizabat.*]

De suscitatione Lazari.
Ioan. 11. *Cap. CVI.*

[ERat autẽ quidam *languẽs Lazarus à Bethania, de castello Marię, et Marthę sororũ eius. *qui infirmabatur
A Maria autem erat, quę vnxit dominũ vnguento, et extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infir-

infirmabatur. Miserunt ergo soro
res eius ad eum dicentes: Domi-
ne ecce, quē amas, infirmatur. Au-
diens autem Iesus, dixit eis: Infir-
mitas hæc non est ad mortem, sed
pro gloria Dei, vt glorificetur fi-
lius Dei per eam. Diligebat autem
Iesus Martham, & sororem eius
Mariam, & Lazarum. Vt ergo au-
diuit, quia infirmabatur, tunc qui-
dem mansit in eodem loco duobus
diebus. [*vbi ioannes baptizauerat.*]
Deinde post hæc dicit discipulis
suis: Eamus in Iudæam iterū. Di-
cunt ei discipuli: Rabbi nūc quæ-
rebant te Iudęi lapidare, & iterum D
vadis illuc? Respondit Iesus: Non
ne duodecim horæ sunt diei? Si
quis ambulauerit in die, non offen
dit, quia lucem huius mūdi videt.
Si aūt ambulauerit in nocte, offen
dit, quia lux non est in eo. Hęc ait,
& post hoc dicit eis: Lazarus ami
cus noster dormit: sed vado, vt à
somno

ſomno exuſcitem illum. Dicxerũt ergo diſcipuli eius Domine ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius. Illi autem putabant, quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo dixit Ieſus maniſeſtè: Lazarus mortuus eſt: ſed gaudeo propter vos vt credatis, quia non eram ibi, ſed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas (qui dicitur Didymus) ad cõdiſcipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit igitur Ieſus & inuenit eũ quatuor dies in monumento iam
B habentem. Erat autem Bethania iuxta Hieroſolymam quaſi ſtadijs quindecim. Multi autẽ ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha autem vt audiuit, quia Ieſus venit, occurrit ei. Maria autem domi ſedebat [Dixit autem Martha ad Ieſum: Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus.

tuus. Sed & nunc scio, quia quęcũ C
quę poposceris à Deo, dabit tibi
Deus. Dicit illi Iesus: Resurget fra
ter tuꝰ. Dicit ei Martha: Scio, quia
resurget in resurrectione in nouis-
simo die. Dicit ei Iesus: Ego sum D
resurrectio & vita: Qui credit in
me, etiam si mortuus fuerit, viuet.
Et omnis, qui viuit, & credit in
me, nõ morietur in ęternũ. Credis
hoc? Ait illi. Vtiq; Domine. Ego E
credidi, quia tu es Christus filius
Dei viui, qui in hunc mundũ veni
sti.] Et cum hæc dixisset abijt, &
*clanculum vocauit Mariã sororem suã *silen-
tio, dicẽs: Magister adest, & vocat F
te. Illa autẽ vt audiuit, surrexit ci-
to, & venit ad eũ. Nondũ enim ve
nerat Iesus in castellum, sed adhuc
erat in illo loco, vbi occurrerat ei G
Martha. Iudęi igitur, qui erãt cum
ea in domo, & cõsolabantur eam,
cùm vidissent Mariã, quia cito sur
rexit & exijt, secuti sunt eã, dicen-
tes:

C tes: Quia vadit ad monumentũ, vt
ploret ibi. Maria ergo cùm venisset vbi erat Iesus, vidẽs eum, cecidit ad pedes eius, et dixit ei: Domine si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus. Iesus autẽ vt vidit eã
D plorantẽ, & Iudæos, qui venerant cum ea plorãtes, fremuit spiritu, & turbauit semetipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine
E veni, & vide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidã autem ex ipsis dixerunt: Nõ poterat hic (qui oculos cæci aperuit) facere, vt & hic non moreretur? Iesus
F ergo fremẽs in semetipso, venit ad monumẽtum. Erat autem spelunca, & lapis superimpositus erat ei.
G Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius, qui fuerat mortuus: Domine iam fœtet, quatriduanus enim est. Dicit ei Iesus: Nónne dixi tibi; Si credideris vi-

debis

debis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem ‡ Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter populum, qui circunstat, dixi, vt credant, quia tu me misisti. Hæc cùm dixisset, voce magna clamabat: Lazare veni foras. Et statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes *institis. Et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & viderant quæ fecit, crediderunt in eum.] Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerũt eis, quæ fecit Iesus. H

‡ *vbi erat is, q mortuus fuerat, posi-tus.*

* fascijs sepulcralibus.

De conspiratione facta contra Iesum, & eius egressu in Ephrem. *Ioan.* 11. *Cap.* CVII.

Col-

A COllegerunt ergo * pontifices *princi-
& Pharisæi concilium, & di- pes sa-
cebant: Quid facimus, quia cerdotũ
hic homo multa signa facit? Si di-
mittimus eũ sic, omnes credent in
eum: & venient Romani, & tollẽt
nostrum locum, & gentem. Vnus
autem ex ipsis Caiphas nomine,
cùm esset pótifex anni illius, dixit
eis: Vos nescitis quicquam, nec co
gitatis: quia expedit vobis, vt v-
nus moriatur homo pro populo,
& non tota gens pereat. Hoc autẽ
à semetipso non dixit: sed cùm es-
set pontifex anni illius, propheta-
B uit. Quia IESVS moriturus e-
rat pro gente: & non tantum pro
gente, sed vt filios Dei, qui erant
dispersi congregaret in vnum. Ab
illo ergo die *cogitauerunt, vt in- *consul
terficerent eum. Iesus autem iam tauerũt
nó in palàm ambulabat *apud Iu- *inter
dæos: sed abijt‡ in regionem iux- ‡*illius*
ta desertum, in ciuitatem, quæ di-

citur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.] Proximum C
autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur adinuicem in templo stantes: Quid *putatis, quia non venit ad diem festũ istum? Dederant autem pontifices D
& Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit, iudicet: vt apprehedant eum.

*videtur vobis

De regressu eius ab Ephrẽ in Hierusalem. *Mat.* 20. *Mar.*10. *Lucæ*.17. *Cap.* CVIII.

R. ERant autem in via ascendentes Hierosolymam, & præcedebat illos Iesus: & stupebãt, & sequentes timebant. M. [Et ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit iterum duodecim discipulos suos, & secreto cœpit eis dicere, A

re, quæ essent ei vētura. Et ait illis:
B L. Ecce ascendimus Hierosolymã, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. R. Tradetur enim principibus sacerdotũ, & Scribis, & senioribus, M. & condẽnabunt
C eum morte. Et tradent illum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, L. & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget.] Et ipsi nihili horũ intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.

De decem leprosis sanatis in via. *Lucæ.17.* *Cap.*CXIX.

A ET factum est [dum in Hierusalem ǂ transibat per mediam Sahariã & Galilęam. Et cùm ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. ǂ *& ipse*

Qui steterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor misereri nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum *irent, mũdati sunt. Vnus autẽ ex illis, vt vidit, quia mũdatus est: regressus est cum magna voce, * magnificans Deum. Et cecidit in faciẽ ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nónne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Nõ est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit.]

*abirẽt

B

*glorificans

C

De non receptione Christi per Samaritanos. *Luc.9.*
Cap. CX.

FActum est autem, dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suã firmauit A

vt iret in Hierusalem, & misit nū-
tios ante conspectū suum. Et eun-
tes intrauerunt in ciuitatem Sama
ritanorū, vt pararent illi: & non re
ceperunt eum, quia facies eius erat
B euntis ‡ in Hierusalem. Cùm autē ‡ recta
vidissent discipuli eius, Iacobus
& Ioannes, dixerunt: Domine
vis dicamus vt ignis descendat de
cœlo, & cōsumat eos? sicut & He 4.Re.1.c
lias fecit. Et conuersus increpauit
eos, dicens: Nescitis cuius spiri-
C tus estis. Filius hominis non ve-
nit animas perdere, sed saluare. Et
abierunt in aliud castellum.

De petitione filiorum Zebedæi. *Mat.*20. *Mar.*10. *Cap.* CXI.

D TVnc accessit ad eum mater
filiorum Zebedæi cum filijs
suis, adorans, et petēs aliquid
ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait
illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei

vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. R. Et accedunt ad eum filij Zebedæi, Iacobus & Ioannes, dicentes: Magister volumus, vt quodcunq; petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciã vobis? Et E
dixerũt: Da nobis, vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam, sedeamus in gloria tua. M. Respondẽs autem Iesus dixit eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere* calicem, quem ego* bibiturus sum? R. Aut baptismo, quo e- F
go baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Possumus. M. Ait illis Iesus: Calicem quidẽ meum bibetis, R. & baptismo, quo baptizor, baptizabimini: M. sedere autẽ ad dexteram vel sinistram meam, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. Et audiẽtes decem, indignati sunt de duobus fratribus, Iacobo & Ioanne. Iesus autem

*poculũ
*bibo

autem vocauit eos ad se, & ait illis: Scitis, quia principes gentium, R. & hi qui videtur principari gẽtibus, dominãtur eis: M. et qui *ma iores sunt, potestatem exercent in eos. Nõ ita erit inter vos. Sed quicunq; inter vos voluerit maior fieri, sit vester minister. Et quicunq; voluerit inter vos primus esse, erit
G vestrũ omnium seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare: & animam suam dare in redemptionem pro multis.] *magni

De illuminatione cęci, ante ingressum in Hierico: & de Zachęo, & de decem mnis. *Lucæ.18. & 19.* *Mar.10.*

Cap. CXII.

[L. A FActum est autem, cùm appropinquaret Iesus Hierico, cæcus quidam sedebat secus viã, mendicãs. Et cũ audiret turbã prętereũtem, interrogabat quid hoc

*Renun tiarunt

esset.* Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transisset. Et clamauit: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eũ, vt taceret. Ipse verò multò magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illũ adduci ad se. Et cũ appropinquasset, interrogauit illũ, dicens: Quid vis, vt faciam tibi? At ille dixit: Domine vt videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudẽ

Luc.19. Deo.]R. Et veniunt Hiericho. L. [Et ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic erat Princeps Publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum, quis esset: & nõ poterat præ turba, quia statura pusillus erat & præcurrens, ascendit in arborem *sycomorũ, vt videret illũ, B

De Zacchæo.

*ficum Aegyptiam

quia

quia * inde erat transiturus. Et cũ venisset ad locum, suspiciẽs Iesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cùm viderent, omnes murmurabant, dicentes: quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus dixit ad Dominum: Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie domui huic salus facta est, eo quòd & * ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis, quærere & saluũ facere, quod perierat.] *illac

*ipsa filia

C Hęc illis audientibus adijciens parabolã, dixit, eo quòd prope Hierusalem esset, & quia existimarent, quòd confestim regnũ Dei manifestaretur. Dixit ergo: [homo quidam

Parabola decẽ mnarum.

dam nobilis abijt in regionem lon
ginquam accipere sibi regnum, &
reuerti. Vocatis autem decem ser- D
uis suis, dedit illis decem mnas, &
*donec ait illis: Negotiamini, * dum ve-
veniam nio. Ciues autem eius oderant il-
lum, & miserunt legationem post
illũ, dicentes: Nolumus hunc reg-
nare super nos. Et factũ est cùm re
diret, accepto regno: iussit vocari
‡ad se ‡seruos quibus dederat pecuniã,
*quic- vt sciret, * quantum quisq; nego-
quid tiatus esset. Venit autẽ primus, di-
cens: Domine, mna tua decẽ mnas
acquisiuit. Et ait illi: Euge serue
mini- bone, quia in modico fidelis fui-
mo sti, eris potestatem habens supra
decem ciuitates. Et alter venit di-
cens. Domine, mna tua fecit quin
que mnas. Et huic ait: Et tu esto
super quinq; ciuitates. Et alter ve-
nit, dicẽs· Domine, ecce mna tua,
quam habui repositam in sudario:
timui enim te, quia homo austerus
es,

es, tollis quod non posuisti: & metis, quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudico, serue nequã. Sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens, quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meã ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtiq; exegissem illam? Et adstantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date ei, qui decem mnas habet. Et dixerũt illi: Domine decem mnas habet. Dico autẽ vobis, quia omnia habẽti, dabitur: & abũdabit. Ab eo autem, qui nõ habet, & quod habet auferetur ab eo.]
E Veruntamen inimicos meos, illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite ante me. Et ijs dictis præcedebat, ascendens Hierosolymam.

De duobus cæcis in egressu Hierico illuminatis.

Mat.

*Mat.*20. *Cap.* CXIII.

ET egredientibus illis ab Hierico, secuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus viam, audierũt quòd Iesus transiret. Et clamauerunt dicẽtes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos, vt tacerent. At illi magis clamabãt, dicẽtes: Domine, miserere nostri, fili Dauid. Et stans Iesus vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim *viderunt, & secuti sunt eum. A B

*visum recepe-rũt ocu-li eorũ

De Bertimæo cæco inter Hierico & Bethaniã illuminato. *Mar.*10. *Cap.* CXIIII.

ET proficiscente eo de Hierico, & discipulis eius, & plurima A

ma multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta viam mendicãs. Qui cùm audisset, quia IESVS Nazarenus est, cœpit clamare, & dicerere: IESV fili Dauid, miserere mei. Et comminabantur ei multi, vt taceret. At ille multò magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Et stans IESVS, præcepit illum vocari. Et vocant cæcum, dicentes ei: * Animæquior esto, surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo, exis- *Bono animo

B liens venit ad eum. Et respondens Iesus, dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni vt * videam. Iesus ait illi: Vade, fides tua te saluum fecit. Et statim vidit, & sequebatur eũ in via. *visum recipiã

Quando post reditum ab Ephrẽ venit Dominus Bethaniam. *Ioan.* 12.

Cap. CXV.

Iesus

IEsus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit à mortuis Iesus. [Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset: & venerunt nō propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderēt, quē suscitauit à mortuis.] [*Cogitauerunt autē Principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. [C D

*Consultauerunt

De sessione aselli. *Mat.*20. *Lucæ.*19. *Mar.*11. *Ioan.*12. *Cap.* CXVI.

Dominica in ramis palmarum.

IN crastinum M.[cùm appropinquassent Hierosolymis, & venissent Betphage ad montem Oliueti: tunc Iesus misit duos discipulos [*Petrum & Philippum*] dicens illis: Ite in *castellū, quod contra vos est. L. In quod introeūtes, M. statim inuenietis asinam alligatā, I. A

*pagum

L. &

L. & pullum afinæ alligatum M.
B cum ea, L. cui nemo vnquã hominum ſedit. Soluite illũ, & adducite. Et ſi quis vos interrogauerit, Quare ſoluitis? ſic dicetis ei: Quia M. Dominus his opus habet. Et cõfeſtim dimittet eos. Hoc autem ‡factum eſt vt adimpleretur quod ‡totum dictũ eſt per prophetam dicentẽ:
C Dicite filiæ Siõ, I. Noli timere filia Sion, Ecce Rex tuus venit M. tibi mãſuetus, ſedens [*ſuceſsiue*] ſuper aſinam, & pullum filiũ I. aſinæ
zach. 9. b
eſa. 69. d
D M. ſubiugalis. I. Hæc nõ cognouerũt diſcipuli eius primũ: ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tũc recordati ſunt, quia hęc ſcripta erant de eo, & hæc fecerunt ei. M. Eũtes autem diſcipuli, fecerũt ſicut præcepit eis Ieſus, R. & inuenerũt pullũ alligatũ ante ianuã foris in biuio, & ſoluerunt eũ. L. Soluẽtibus autẽ illis pullũ, dixerunt domini eius ad illos: Quid ſoluitis pullum? At

illi dixerunt, R. ſicut præcepit eis
*eo op⁹ habet — Ieſus. L. quia Dominus *eum neceſſarium habet. R. Et dimiſerunt E
eos. M. Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos
*ſuper illa — veſtimenta ſua, & eum *deſuper ſedere fecerunt.

De glorioſa Chriſti ſuſceptione in die palmarum *Mat.12. Ioan.12. Lucæ.19. Marci.11.* Cap. CXVII.

EVnte autem illo, M. plurima [
turba I. quæ venerat ad diem L.
feſtum, cùm audiſſet quia Ie- A
ſus venit Hieroſolymam, proceſſerunt obuiā ei. M. Et ſtrauerunt veſtimēta ſua in via alij ramos I. pal
pſal. 117.d marū, R. & frondes M. de arboribus cędebant, & ſternebant in via.
*ſaluū ſac obſecro filiū Dauid — Turbæ autē quæ præcedebant, & quę ſequebantur clamabāt, dicentes: *Oſanna filio Dauid: Benedi B
ctus qui venit in nomine domini.]

R. Et

R. Et benedictum, quod venit regnum patris nostri Dauid: Osanna in excelsis. L. Et cùm appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare deum voce magna super omnibus quas viderant, virtutibus, dicẽtes:
C Benedictus qui venit rex in nomine Domini: pax in cœlo, & gloria in excelsis, I. & benedictus qui venit in nomine domini Rex Israël. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis: propterea & obuiam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abijt. L. Et quidam Pharisæorum de turba dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos.

Quibus ipse ait: Dico vobis, quia D
si hi tacuerint, lapides clamabunt. C

De fletu Iesu super Hierusa
lē, & eiectione vendētium.
Mat. 21. Mar. 11. Luc. 19.
Cap. CXVIII.

L. [ET vt appropinquauit, videns A
ciuitatem, fleuit super illam,
dicēs: Quia si cognouisces &
tu. Et quidem in hac die tua, quæ D
ad pacem tibi. Nunc autem abscon
dita sunt ab oculis tuis. Quia ve-
nient dies in te, & circundabūt te
inimici tui vallo. Et circundabunt
te, & coangustabunt te vndiq;, &
*solo æ- *ad terram prosternent te, & filios
quabūt tuos qui in te sunt, & non relin- B
quent in te lapidē super lapidē, eo
quòd non cognoueris tēpus visita
tionis tuæ. R. Et introiuit Hieroso
lymā. M. [Et cùm intrasset, com-
mota est vniuersa ciuitas, dicens:
*Turbę Quis est hic? *Populi autem dice- E
bant:

bant: Hic est Iesus propheta à Na
C zareth Galilææ. Et intrauit Iesus
in templum Dei, & eijciebat om-
nes vendentes & ementes in illo
de tēplo, & mensas nummulario- Esa.56.c
rum, & cathedras vendentium co-
lumbas, euertit: & dixit eis. Scrip-
tum est, M. L. Quia domus mea,
domus orationis vocabitur: Vos Hier.7.b
autem fecistis eam speluncam latro
D num. M. Et accesserunt ad eum cæ
ci, & claudi in templo, & sanauit
eos. Videntes autē Principes sacer-
dotū mirabilia quę fecit, & pueros
clamātes in tēplo, & dicentes: O-
sanna filio Dauid: indignati sunt,
& dixerunt ei: Audis quid isti di-
cunt? Iesus autē dixit eis: Vtique.
Nunquam legistis: Ex ore infan- Psal.8.b
tium, & lactentium perfecisti lau-
dem? L. Et erat quotidie docens
in templo.] Principes aūt sacerdo
E tū, & Scribæ, & Principes plebis,
quærebāt illum perdere, & nō in-
 ue-

ueniebant, quid facerent ei. Om-
*pendebat nis enim populus *suspensus erat,
audiens illum.

De gentibus quærentibus videre Iesum. *Matt.* 21. *Marci.* 11. *Ioan.* 12. Cap. CXIX.

*Græci ERant autem *Gentiles quidã [
ex ijs, qui ascenderant, vt ado I.
rarent in die festo. Hi ergo ac A
cesserunt ad Philippum, qui erat à
Bethsaida Galilææ, & rogabant
eum, dicentes: Domine volumus
Iesum videre. Venit Philippus, &
dixit Andreæ. Andreas rursum
& Philippus dixerunt Iesu. Iesus
autem respondit eis, dicens: Venit
*glorificetur hora, vt *clarificetur filius homi-
nis. [Amen, amen dico vobis, nisi B
granum frumenti cadens in terrã,
mortuum fuerit, ipsum solum ma-
net. Si autem mortuum fuerit, mul
tum fructum adfert. Qui amat ani
mam

mam ſuam, perdet eam: & qui odit
animam ſuam in hoc mundo, in vi
tam æternam cuſtodit eam. Si quis
mihi miniſtrat, me ſequatur: & v-
bi ego ſum, illic & miniſter meus
erit. Si quis mihi miniſtrauerit, ho
C norificabit eum pater meus.]Nũc
anima mea turbata eſt. Et quid di
cam? Pater, ſaluifica me ex hac ho-
ra. Sed propterea veni in hanc ho-
ram. Pater clarifica nomen tuum.
Venit ergo vox de cœlo, dicens:
D Et clarificaui, & iterum clarifica-
bo. Turba ergo quæ ſtabat & au-
dierat, dicebat tonitruum factum
eſſe. Alij dicebant: Angelus ei lo-
cutus eſt. Reſpõdit Ieſus, & dixit:
Non propter me vox hæc venit,
E ſed propter vos. [Nunc iudicium
eſt mundi. Nunc princeps huius
mundi eijcietur foras. Et ego ſi ex-
altatus fuero à terra, * omnia tra- *omnes
ham ad me ipſum. Hoc autem di-
cebat, ſignificans qua morte erat

psa.109b moriturus. Respódit ei turba: Nos
audiuimus ex lege, quia Christus
manet in æternum. Et quomodo
tu dicis: Oportet exaltari filiũ hominis?
Quis est iste filius hominis?
psa.116.a Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebrę vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadit. Dum lucem habetis, credite in lucem vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abijt, & abscondit se ab eis. M. Relictis illis, R. & circunspectis omnibus, cùm iam vespera esset hora, M. abijt extra ciuitatem in Bethaniam R. cum duodecim, M. ibiq; mansit.] L. Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte, qui vocabatur Olìueti. [*In Bethania, in radice huius sita.*] Et omnis populus manè ibat ad eum, in templo audire eum.

F G

R. A B

De

De ficus maledictione: & de tertia eiectione vendentiũ. *Mar.*11. *Mat.*21. Et de Pharisæo, & Publicano. *Luc.*18. *Cap.* CXX.

R. A ET alia die [*feria secunda*] cùm exiret de Bethania M. manè reuertẽs in ciuitatem, esurijt. Cumq; vidisset à longe ficũ secus viam, habentẽ folia, venit ad eam, si quid fortè in ea inueniret. Et cũ venisset ad eam, nihil inuenit præter folia. Non enim erat tempus ficorũ. Et respondens dixit M. illi: *Nunquã ex te fructus nascatur in *Non vltra
B æternũ. Et arefacta est continuò ficulnea. R. Et veniũt Hierosolymã. Et cùm introisset in templum cœpit eijcere vendentes & ementes in tẽplo, & mẽsas nummulariorũ, & cathedras vendentiũ columbas euertit: Et nõ sinebat, vt quisquam trãsferret vas per tẽplũ: & docebat

dicens eis: Nonne scriptũ est quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam in latronũ. Quo audito, principes sacerdotũ, & scribæ quærebant, quomodo eum perderent: timebant enim eũ: quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. L. ¶ Dixit C autem & ad quosdã, qui in se confidebant *tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istã, dicens: Duo homines ascenderũt in templum vt orarent, vnus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stãs, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens:

*quòd essent

Parabola de Pharisæo, et Publicano.

cens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam *ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.] R. Et cum vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. [*Hierusalem in Bethaniam*.]

*magis certe quã ille.

D

C

De admiratione discipulorum super ficus arefactione. *Mat.* 21. *Mar.* 11. *Cap.* CXXI.

[R. A ET cùm mane [*scilicet feria tertia*] transirent, viderunt discipuli ficum aridam factam à radicibus, & M. mirati sunt, dicẽtes: Quomodo continuò aruit? R. Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis: Habete
B fidem Dei. M. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum *de ficulnea fa-

*id quod accidit ficui

cietis, sed et si mõti huic dixeritis: Tollere, & iactare in mare: ita fiet. Propterea dico vobis: Omnia quę cunq; orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. Et cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra.] C

De quæstione baptismi Ioānis. *Mat.21. Mar.11. Luc.20. Cap.CXXII.*

ET veniunt rursus Hierosolymā L. factum est vna dierum, R. A [*scilicet feria tertia*] docente illo populum in tēplo & euangelizante, conuenerunt, M. & accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum L. & Scribæ, cū senioribus M. populi, dicentes: In qua potestate hæc facis, & quis dedit tibi hāc potestatē, R. vt ista facias?

L. Dic

B L.Dic nobis.M.Respódens Iesus, dixit: Interrogabo vos & ego vnũ sermoné: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua potestate hęc facio: Baptismus Ioannis vnde erat, de cœlo, an ex hominibus? R.Respondete mihi.M. At illi cogitabant L.intra se, dicentes: R.Si dixerimus, de cœlo, dicet nobis:

C Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus M. turbam. Omnes enim habent Ioanné sicut prophetá. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis et ipse. Neq; ego dico vobis, in qua potestate hęc facio.

De duobus filijs quorũ vnus facit voluntatem patris.

Mat.21. *Cap.* CXXIII.

A QVid aũt vobis videt? Homo quidam habebat duos filios, & accedẽs ad primũ, dixit: Fili, vade hodie operari in vinea mea. Ille

autem

autem respondens, ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait: Eo domine: Et non iuit. Quis ex duobus istis fecit voluntatem patris? Dicũt ei: Primus. Dicit eis Iesus: Amen dico vobis, quia pu- B
blicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Venit autem ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autẽ & meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes, nec*pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei.

*pœnitẽtia moti fuistis

De parabola locatæ vineæ agricolis. *Matt.* 21. *Marc.* 12. *Lucæ.* 20.

Cap. CXXVIIII.

*Esa.*5.*a* *Hie.*5.*d*

ALiam parabolam audite: L. M
Homo quidam M. erat pater [.
familiâs, qui plantauit vineã A
& sepem circundedit ei, & fodit in

ca

ea torcular, & lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus est L. multis téporibus. M. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, L. in tempore vindemiæ, M. misit seruos suos ad agricolas, L. vt de fru-
B ctu vineæ darent illis. M. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, & *dimiserunt vacuũ L. & inanem, M. alium occiderũt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt eis similiter, R. & in capite L. cædentes R. vulnerauerũt, & cõtumelijs affecerunt. L. Et addidit alterum mittere. Qui & illum vulnerãtes, eiecerunt. M. Nouissime autẽ R. adhuc habens vnũ filium charissimum, L. dixit domi-
C nus vineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum. R. Et illum misit ad eos nouissime, dicens: Quia fortè verebuntur filium me-

*remiserunt

um, L.cùm hunc viderint. Quem cùm vidiſſent coloni, cogitauerũt intra ſe,& R.dixerũt ad inuicem: M. Hic eſt hæres, venite, occidamus eum,& habebimus hæreditatẽ. Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineã,& occiderũt. Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? L. Veniet [*dixit ieſus*] & perdet colonos iſtos, D
& dabit vineam alijs. [*hic inferiores*] M. Aiunt illi: Malos male perdet,& vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddẽt ei fructũ temporibus ſuis. L. Quo audito. [*ſuperiores*] dixerunt illi: Abſit. Ille autem reſpiciens eos, dixit: Quid ergo eſt hoc, quod ſcriptũ eſt? R. Nec
Pſa.117 d ſcripturam hanc legiſtis? Lapidem E
quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A domino factum eſt iſtud,& eſt mirabile in oculis noſtris? M. Ideo dico vobis, Quia auferetur à vobis regnum

regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. L. Omnis qui ceciderit super lapidem istum, conquassabitur. super quem autem ceciderit, comminuet M. & conteret eum. Et cùm audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerũt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, & mittere in illum manus in illa hora, timuerunt populum, M. quia sicut prophetam illum habebant.] R. Et relicto eo abierunt. *Esa.28.d*

F

De veste nuptiali. *Mat.22. Luc.14.* *Cap.* CXXV.

[A ET respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis, dicẽs: Simile factũ est regnum cœlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebãt venire. Iterũ misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis; Ecce prãdiũ meũ *Feria tertia in Hierusalem*

paraui

*immolata — paraui, tauri mei & altilia *occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi aũt neglexerũt, & abierunt, alius in villam, alius ad negotiationem ſuam. Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem B ‡cùm audiſſet, iratus eſt, & miſsis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & *quoſcunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſsi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ ſunt nuptiæ * diſcumbentium. Intrauit autem rex, vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtẽ nuptialẽ? At ille obmu-

‡ille

*quotquot

*diſcumbẽtibus

obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.]

De tributo reddēdo Cęsari.
Mat. 22. *Mar.* 12. *Luc.* 20.
Cap. CXXVI.

A TVnc abeuntes Pharisæi consiliũ inierunt, vt *caperent eũ in sermone. L. Et obseruantes miserunt insidiatores R. quosdam ex pharisæis M. discipulos suos cum Herodianis, L. qui se iustos simularent, R. vt eum caperēt in verbo, L. & traderēt illum principatui & potestati præsidis. R.

M.[*Feria tertia in Hierusalem* *illaquearent

B Qui venientes L. interrogauerunt eum, dicentes: M. Magister scimus, quia verax es L. & recte dicis & doces, M. & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis per-

 sonam

ſonam hominum: R. neq; vides in faciem, ſed in veritate viã Dei doces. L. Licet nobis dare tributum Cæſari, an non? Conſiderans autem dolũ illorum, & cognita Ieſus nequitia eorum, M. ait: Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cenſus, R. vt videã. M. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus: Cui⁹ eſt imago hęc, & ſuperſcriptio eius? L. Et reſpondentes, dixerunt ei: M. Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.] L. Et nõ potuerunt reprehendere verbum eius corã plebe. M. Et audientes L. mirati ſunt in reſponſo eius, & tacuerunt. M. Et relicto eo abierunt. C D

De muliere, quæ habuit viros ſeptem. *Mat.22.* *Mar.12.* *Lucæ.20.*

Cap. CXXVII.

In

M A IN illo die accesserunt ad eũ Sadducęi, qui dicũt nõ esse resurrectionem. Et interrogauerunt eũ dicentes : Magister Moyses dixit R.& scripsit nobis, vt si cuius frater mortu⁹ fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reliquerit, M. vt frater eius ducat vxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus vxore ducta, defunctus est L. Deu.25.b

B sine filijs. M. Similiter secũdus, & tertius, vsq; ad septimũ, R. habuerunt eam vxorẽ, L. & non reliquerunt semẽ, & mortui sunt. Nouissime omniũ mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorũ erit vxor? siquidẽ septẽ habuerũt eã vxorẽ. R. Et respõdens Iesus ait illis. Nõnne ideo erratis, nescictes scri-

C pturas, neq; virtutem Dei? L. Filij huius seculi *nubunt, & traduntur ad nuptias. Illi verò qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione *ducũt vxores.

*ducēt vxores, neq; nuptũ dabuntur

ex mortuis nō *vident, neq; nubētur: neque enim vltra mori poterũt: æquales enim angelis sunt, & filij sunt Dei, cũ sint filij resurrectionis. Quòd verò resurgēt mortui, & Moyses ostēdit secus rubũ: *sicut dixit Dominũ Deum Abraham, Deum Isaac, & Deũ Iacob. D Deus autē non est mortuorũ, sed viuentiũ. Omnes enim viuunt ei. R. Vos ergo multum erratis. M. Et audientes turbæ *mirabātur in doctrina eius. L. Respōdentes autem quidā Scribarum, dixerunt ei: Magister bene dixisti. Et amplius non audebant eũ quicquā interrogare.

*cum

Exo.3.b

*stupebant

De primo mandato: videlicet de dilectione Dei.

Mat.22. Mar.12. Lucæ.10. & 13. *Cap. CXXVIII.*

M.f Feria tertia in His

PHarisæi autē audientes quòd A *silentium imposuisset Sadducæis conuenerunt in vnnũ. R.

Et

Et accesſit vnus de Scribis, M. le- *ruſalem.*
gis doctor, R. quia audierat illos ⁎os oc-
⁎conquirentes. Et videns quòd be cluſiſſet
nè illis reſponderit interrogauit, ⁎inuicē
M. tentans eum ‡ Magiſter quod diſputā-
eſt mandatū magnum R. & primū tes
in lege omniū? Reſpōdit ei Ieſus, ‡*et dicēs,*
quod primum omnium mandatū
eſt: Audi Iſraël, Dominus Deus
tuus Deus vnus eſt. Et Diliges do
minū deum tuū ex toto corde tuo,
& ex tota anima tua, & ex tota mē
te tua, & ex tota virtute tua. Hoc
eſt primum M. & maximū manda-
tum. Secundum ſimile eſt huic:
Diliges proximū tuum ſicut teip-
ſum. R. Maius horū aliud mādatū
non eſt. M. In ijs duobus mādatis
tota lex pendet & prophetæ. R. Et
ait illi Scriba: Magiſter bene in ve
ritate dixiſti, quia vnus eſt Deus,
& nō eſt alius præter ipſum: & vt
diligatur ex toto corde, M. & ex
tota mēte, R. & ex toto intellectu,

& ex tota anima, & ex tota fortitu-
dine: L. & ex totis viribus. R. Et
diligere proximum tanquam seip-
sum, maius est omnibus holocau-
stomatibus & sacrificijs. Iesus au-
tem vidés quòd sapienter respódis-
set, ait illi: Non longe es à regno
Luc.17. Dei. L. Interrogatus autem [*post
hoc*] à Pharisæis, quãdo veniet re-
gnum Dei? Respondens eis, dixit: C
Nõ veniet regnũ Dei cum obser-
uatione, neq; dicent: Ecce hic, aut
ecce illic. Ecce enim regnum Dei
intra vos est. R. Et nemo iam au-
debat eum interrogare.]

De interrogatione, Cuius Christus est filius? *Mat.22. Marci.12. Lucæ.20.*
Cap. CXXIX.

COngregatis autem Pharisæis M
interrogauit eos Iesus, dicés: A
Quid vobis videtur de Chri-
sto, cuius filius est? Dicunt ei, Da-
uid.

uid. R. Et respondens Iesus, dicebat, docens in templo. Quomodo dicunt Scribæ Christum filiũ Dauid: ipse enim Dauid dicebat in spiritu sancto: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? M. Quomodo ergo Dauid in spiritu L. in libro Psalmorum M. vocat eum dominũ, R. & vnde, L. & quomodo est filius eius? M. Et nemo poterat respõderi ei verbũ. R. Et multa turba libenter eum audiebat. M. Neque ausus fuit quisquam eum amplius ex illá die interrogare. *psal. 109. A*

De doctrinis Pharisęorum audiendis. *Mat.* 23 *Mar.* 12. *Lucæ.* 20. *Cap.* CXXX.

A TVnc Iesus locutus est ad turbas, et ad discipulos suos, R. et dicebat eis in doctrina sua: M. Super cathedrã Moysi sederũt scribę M. [

& Pharisæi. Omnia quæcunq; dixerint vobis, *seruate, & facite: secundum verò opera eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciũt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo volunt ea mouere. Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. L. Attendite R. & cauete à Scribis. M. Dilatant enim B phylacteria *sua, & magnificãt fimbrias. R. Volũt in stolis ambulare, M. amãt autẽ primos recubitus in cœnis L. & conuiuijs, R. primas cathedras in synagogis M. & in primis cathedris sedere in synagogis, C & salutationes in foro. R. Qui deuorãt domos viduarũ sub *obtẽtu prolixę orationis, L. simulãtes longam orationẽ, hi accipiẽt dãnationẽ maiorẽ, R. et *prolixius iudiciũ. M. Amãt ab hominibus vocari rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi.

*seruare seruato

*vestimentorum suorum

*prætextu

*abundantius

Vn' est enim magister vester. Om
nes autẽ vos fratres estis. Et patrẽ
nolite vobis vocare super terram.
Vnus est enim pater vester, qui in
cœlis est. Nec vocemini magistri,
quia magister vester vnus est Chri
stus. Qui maior est vestrũ, erit mi-
D nister vester. Qui autem se exalta-
uerit, humiliabitur: & qui se humi
liat exaltabitur.]

De væ multiplici.
Matth.23. Lucæ.11.& 13.
Cap. CXXXI.

M
A Vae vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui clauditis reg- num cęlorum ante homines. *Feria tertia in Hierusalem.*
Vos enim non intratis, nec introẽ
untes sinitis intrare. Vę vobis Scri
bæ & Pharisæi hypocritæ, qui co-
meditis domos viduarum longa
oratione orãtes, propter hæc *am- **abundantius*
plius accipietis iudicium. Væ vo-
bis Scribæ & Pharisæi hypocritæ,

qui circúmitis mare & aridām, vt
faciatis vnum proselytum. Et cùm
fuerit factus, facitis eum filium ge
†magis hennæ duplo†quam vos. Væ vo- B
bis duces cæci, qui dicitis: Quicú
que iurauerit per tēplum, nihil est:
qui autem iurauerit in auro templi
debitor est. Stulti & cæci, quid e-
nim maius est, aurum, an tēplum,
quod sanctificat aurum? Et quicū-
que iurauerit in altari, nihil est:
qui autē iurauerit in dono, quod
est super illud, debet. Cæci, quid
enim maius est, donum an altare,
quod sanctificat donum? Qui ergo C
iurat in altari, iurat in eo, & in om
nibus quæ super illud sunt. Et qui
iurat in templo, iurat in illo, & in
eo qui habitat in ipso. Et qui iu-
rat in cœlo, iurat in throno Dei,
& in eo qui sedet super eum. Væ
vobis Scribæ & Pharisæi hypocri
tæ, qui decimatis mentham & ane
thum, L. rutam M. & cyminum,
L. &

L. & omne olus, M. Et relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam, & fidē L. & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. M. Duces cęci, excolantes culicē, camelū autem glutiētes. L. Væ vobis Pha
D risæi, qui diligitis * primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis, qui estis vt monumēta quæ nō apparent, & hoīes ambulantes supra, nesciunt [*quid intra sit*] Respondens aūt quidā ex legisperitis, ait illi: Magister hæc dicens etiā nobis cōtumeliā facis. At ille ait: Et vobis legisperitis vę, qui oneratis hoīes oneribus, quæ portare nō possunt, & ipsi vno digito non tangitis sarcinas. M. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod desoris est calicis, & paropsidis: intus aūt ple
E ni estis rapina, & * immūdicia. Pharisæe cæce, mūda prius quod intus est

* præsidentiam

* iniustitia

eſt calicis & paropſidis, vt fiat & id,quod deforis eſt mundũ. Vę vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, F
qui ſimiles eſtis ſepulcris * dealbatis,quæ foris apparent hominibus ſpecioſa,intus autẽ ſunt plena oſsibus mortuorũ, & omni ſpurcitia. Sic & vos quidẽ à foris apparetis hominibus iuſti,intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. [Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulcra prophetarum: L.patres autẽ veſtri occiderunt illos M.& ornatis monumẽta iuſtorũ. Et dicitis: Si fuiſ G
ſemus in diebus patrum noſtrorũ, nõ *eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum. Itaq; teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, L. & profectò teſtificamini, quòd cõſentitis operibus patrum veſtrorum: M. quia filij eorũ eſtis, qui prophetas occiderunt, L.quoniam quidẽ ipſi eos occiderũt, vos autẽ ædificatis eorum

*calce illitis

*fuiſſemus

H rum ſepulcra. M. Et vos adimplete
menſurã patrum veſtrorum. Serpẽ
tes & *genimina viperarum, quo- *germina
modo fugietis à iudicio gehennę?
L. Propterea & ſapientia Dei di-
xit: M. ſ Ecce ego mitto ad vos pro
phetas L. & apoſtolos, M. & ſapiẽ
tes & Scribas, & ex illis occidetis,
& crucifigetis, & ex eis flagellabi-
tis in ſynagogis veſtris, & perſe-
quemini de ciuitate in ciuitatẽ, vt
veniat ſuper vos, L. & * inquira- *requiratur
tur M. omnis ſanguis iuſtus, L. &
ſanguis omnium prophetarũ, M.
I qui effuſus eſt ſuper terrã L. à con
ſtitutione mũdi, à generatione iſta, Gen. 4. b
M. à ſanguine Abel iuſti vſq; ad
ſanguine Zachariæ filij Barachiæ, II
quem occidiſtis, L. & perijt, M. in 2. Paral.
ter templum & altare. Amen dico 24. f.
vobis, venient hæc omnia ſuper
K generationem iſtam. L. Væ vo- II
bis legiſperitis, qui tuliſtis clauem
ſciẽtię, & ipſi nõ introiſtis, & eos,
qui

qui introibát, prohibuistis. Cùm
hæc ad illos diceret, cœperūt Pha
risæi, & legisperiti grauiter insiste-
*tentare re, & os ei⁹ *opprimere de multis,
insidiantes ei, & quærétes aliquid
*venari * capere ex ore eius, vt accusarent
eum.] M. Hierusalé, Hierusalem, L
quæ occidis prophetas, & lapi-
14.ef.1.e das eos, qui ad te missi sunt: Quo
ties volui congregare filios tuos,
quemadmodum gallina cógregat
pullos suos sub alas suas, & nolui-
sti! Ecce relinquetur vobis domus
vestra deserta. Dico enim vobis: M
Non me videbitis amodo, donec
L. veniat, cùm dicetis: Benedictus, 13
qui venit in nomine Domini.]

De obstinatione Iudæorū: & vidua offerente duo minuta. Ioā.12. Mar.12. Lucæ.21. Cap. CXXXII.

Feria tertia in Hierusalem.

*tot

CVm autem * tanta signa fecis- I.
set corā illis, non credebant in A
eum,

eum, vt sermo Esaiæ ‡cōpleretur, *Esa.53.a*
quē dixit: Domine quis credidit *‡prophe-*
auditui nostro, & brachiū domini *tæ.*
cui reuelatum est? Propterea nō po
terāt credere, quia iterum dixit E- *Esa.6.c*
saias: Et excæcauit oculos eorum,
& indurauit cor eorum, vt non vi
deant oculis, & intelligāt corde, &
conuertantur, & sanem eos. Hoc
dixit Esaias, quando vidit gloriā
eius, & loquutus est de eo. Verun-
tamen ex principibus multi credi-
B derūt in eū, sed propter Pharisæos
non confitebantur, vt de synago-
ga non eijcerentur. Dilexerunt e-
nim gloriam hominum magis, quā
gloria Dei. [Iesus autē clamauit,
C & dixit: Qui credit in me, nō cre-
dit in me, sed in eum qui misit me.
Ego lux in mundum veni, vt om-
nis qui credit in me, in tenebris nō
maneat. Et si quis audierit verba
mea, & non custodierit, ego nō iu
dico eum. Non enim veni, vt iudi-

*saluifi- cem

cem mundum, sed vt*saluum faciam mundum. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eũ. Sermo, quem loquutus sum, ille iudicabit eũ in nouissimo die: quia ego ex meipso nõ sum loquutus: sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Et scio, quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.] R. Et sedens Iesus*contra gazophylaciũ, aspiciebat L. eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, R. quomodo turba iactabat æs, & multi diuites iactabant multa. Cũ venisset autem vna vidua pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. L. Vidit autem Iesus pauperculam illam viduam mittenté æra duo minuta. R. Et conuocatis discipulis suis ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus

D

*ex aduerso gazophylacij

A

B

plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundat illis, miserunt L. in munera Dei. Hæc autem ex eo, quod illi deest, R. & de penuria sua, omnia, quæ habuit, misit, totum victum suum.

De ædificio templi, & comminatione euersionis Hierusalem. *Mat. 24. Mar. 13. Lucæ. 21.* Cap. CXXXIII.

A ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. L. Et quibusdã dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus & donis ornatũ esset, M. ipse autem respondens, ait illis: Videtis hæc omnia, R. & has magnas ædificationes? M. Amen dico vobis, L. venient dies, in quibus non relinquetur hic lapis super lapidẽ, M *Feria tertia*
B qui non destruatur. M. [Sedente

autem eo super montem Oliueti B
*ē regio ne tēpli *contra templum, accesserunt ad eum discipuli eius secretò, R. & interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus, & Andreas, & Ioannes M. dicentes: Dic nobis præceptor, quando hæc erunt? & quod signū aduentus tui, & consummationis seculi? Et respondens Iesus, dixit eis: Videte, ne quis vos seducat. Multi veniēt in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent. L. Et tempus appropinquabit. Nolite ergo ire post illos. M. Audituri enim estis prælia & * opiniones præliorum. L. *rumores ¶ Cùm autem audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri. Oportet enim primum hæc fieri, sed nondū statim finis. Tunc dicebat illis: Sur C
get gens contra gentem, & regnū aduersus regnum. Et terræ motus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames, terroresq; de cœlo, & si-

& ſigna magna erunt. M. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum. R. Videte autem voſmetipſos. L. Sed ante hæc omnia inijciēt vobis manus ſuas, & perſequētur. M. Tunc tradent vos in tribulationem, & occidēt vos. R. Tradēt enim vos in cōcilijs, & in ſynagogis ſuis vapulabitis, & ante reges & præſides ſtabitis propter me M. & nomē meū. L. Continget autem vobis in teſtimonium illis. M. Et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicē. Et multi pſeudo prophetæ ſurgent, & ſeducēt multos. Et quoniā abūdabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorū. Qui aūt perſeuerauerit vſq; in finē, hic
E ſaluus erit.] Et prædicabitur hoc Euangeliū regni in vniuerſo orbe, in teſtimoniū omnibus gētibus, & tunc veniet *conſummatio. R. Et *finis

cùm duxerint vos tradentes, L. ponite in cordibus vestris non præmeditari, *quemadmodum respõdeatis: non enim vos estis loquentes: sed Spiritus sanctus. L. Ego enim R. in illa hora L. dabo vobis os & sapientiam, cui non poterũt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. R. Ttradet autẽ frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filij in parentes, & morte eos afficient. L. Trademini enim à parentibus, & fratribus, & amicis, & cognatis: & eritis odio ‡omnibus hominibus propter nomen meũ. Et capillus de capite vestro nõ peribit. In *patiẽtia vestra possidebitis animas vestras.

*defensionem

‡habiti ab

*tolerantia

F

B

De aduentu & persecutione Antichristi. *Mat.* 24. *Mar.* 13. *Luc.* 21. *Cap.* CXXXIIII.

M

Dan. 9. g

CVm ergo videritis abominationẽ desolationis, quæ dicta est

[

A

est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, R. vbi non debet, M. qui legit, intelligat. L. quia appropinquabit desolatio eius. M. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mõtes; & qui in tecto, non descendant aliquid tollere * de domo sua, & qui in agro, non reuertantur tollere tunicam suam, L. & qui in medio eius sunt, discedant, & qui in regionibus nõ intrent in eam, quia dies vltionum hi sunt, vt impleantur omnia, quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus & * nutrientibus in illis diebus: M. Orate, ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. L. Erit enim pressura magna super terrã, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducẽtur in omnes gentes. Et Hierusalẽ calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum.

*res suas domesticas

B

*lactantibus

De signis consummationis

seculi. *Mat.24. Mar.13. Luc.17. Cap.CXXXV.*

ET ait ad discipulos suos: Veniet tempus, quando desiderabitis videre vnum diē filij hominis, & non videbitis. M. Erit enim tunc tribulatio magna. R. Eruntq; dies illi tribulationis tales, quales nō fuerunt ab initio creaturæ, quā condidit Deus vsq; nunc, neq; fient. Et nisi abbreuiasset Dominus dies illos, non fuisset salua omnis caro, sed propter electos, quos elegit Dominus, abbreuiabit dies. M. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere, L. nolite ire, neque sectemini. M. Surgēt enim pseudo christi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia. R. & portenta ad seducendos (si fieri potest) etiā electos. Vos ergo videte, ecce prædixi vobis omnia. M.

L. A

B

Si

C Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. L. Nam sicut fulgur exit ab oriente, coruscans de‡sub cœlo in*ea, quæ sub cœlo*sunt, fulget; M. & paret vsq; in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis, in die sua. Vbicunq; fuerit*corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Primum oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.

‡ea regione quæ
*altero
*est
*cadauer

D

De signis posterioribus cō summatiōis seculi. Mat. 24. Luc. 22. Cap. CXXXVI.

M.

E STatim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumē suum, & stellæ cadent de cœlo. L. [Et erunt signa in Sole & Luna & stellis, & in terris*pressura gentiū*præconfusione sonitus maris, & fluctuū, arescētibus hominibus

Esa. 13.b
Eze. 32.b
Ioel. 3.c
*anxietates
*per desperationem resonantis

‡eorum præ timore & expectatione‡ quæ superuenient vniuerso orbi. M. Et virtutes cœlorum commouebuntur.

De aduentu Christi iudicis significato multipliciter. *Mat. 24. Luc. 21. & 17. Mar. 13.* Cap. CXXXVII.

ET tūc parebit signum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum * virtute magna, & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna: & congregabūt electos à quatuor ventis, à summis cœlorum, vsq; ad *terminos eorum, R. & à summo terræ vsq; ad summū cœli. M. Ab arbore autem fici, discite *parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, R. cognoscitis, quia in proximo sit æstas. L. His

*potesta te multa et gloria

*extrema

*similitudinē

M A

His autem fieri incipientibus, suſ- 21
picite, & leuate capita veſtra, quo-
niã appropinquat redemptio ve-
ſtra. Et dixit illis ſimilitudinẽ: Vi-
dete ficulneam, & omnes arbores,
cùm producũt iam ex ſe fructum,
ſcitis quia prope eſt æſtas. R. Ita &
vos cum videritis hæc fieri, M.
ſcitote quia prope eſt & in ianuis
B L. regnum dei. Amen dico vobis, 28
quoniam non præteribit genera-
tio hæc, donec omnia fiant. Cœ-
lum & terra tranſibunt, verba au-
tem mea non trãſibunt.] Attendi-
te autem vobis, ne fortè grauẽtur
corda veſtra crapula, & ebrietate,
& curis huius vitæ, & *ſuperue- *ígruat
niat ſuper vos repentina dies illa.
C Tanquam enim laqueus ſuperue
niet in omnes, qui ſedent ſuper fa-
ciem omnis terræ. M. [De die au- Gen. 7. b
tem & hora illa, nemo ſcit, neque
angeli cœlorum, R. neq; filius, M.
niſi ſolus pater. Sicut autem fuit in

diebus Noë, ita erit in diebus ad-
uentus filij hominis. Sicut enim e-
rant ante diluuiũ comedẽtes & bi- D
bentes, nubentes & nuptui traden
tes, vsq; ad eum diẽ, in quo intra-
uit in arcam Noë, & nõ cognoue-
runt, donec venit diluuiũ, & tulit,
L. & perdidit omnes: M. ita erit ad
17 uẽtus filij hominis. L. Similiter si-
cut factum est in diebus Loth: ede
bant & bibebant, emebant & ven-
debant, plantabant & ædificabãt.
Gen. 19. c Qua die autem exiuit Loth à So-
domis, pluit Deus ignem & sul-
phur de cœlo, & omnes perdidit,
secundum hæc erit, qua die filius
hominis reuelabitur. In hora illa,
qui fuerit in tecto & vasa eius in
domo, ne descendat tollere illa. Et E
qui in agro, similiter non redeat re
tro. Memores estote vxoris Loth.
Quicunq; quęsierit animam suam F
saluam facere, perdet eam. Et qui-
cunq; perdiderit eam, viuificabit
illam.

illam. Dico vobis, in illa nocte erũt duo in lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in vnum M. in mola, L. vna assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur. Respondentes dicunt illi: Vbi, Domine? qui Dixit illis: Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Vigilate itaq; omni tempore orantes, vt digni * habeamini fugere omnia ista, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.

Lucæ.17.

Lucæ.21.

*reddamini

De vigilia, & Oratione.

Luc.21. & 18. Mat.24. Mar.13.

Cap. CXXXVIII.

L. A DIcebat autem & parabolã ad illos: [*scilicet discipulos*] quoniam oportet semper orare, & non * deficere, dicens: Iudex qui dam erat in ciuitate quadam, qui Deum non timebat, & hominem

18.

*defatigari

non reuerebatur. Vidua autē quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat * per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamē quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo eam, ne*in nouissimo veniens*sugillet me. Ait autē Dominus: Audite, quid Iudex iniquitatis dixit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, *& patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens putas inueniet fidem, super terram? R. ¶ Videte vigilate & orate: nescitis enim quando tempus sit. Sicut enim homo, qui peregrè profectus reliquit domum suá, & dedit seruis suis potestatem*cuiuscunq; operis & ianitori præcepit,

*aliquādiu

*tandē

*vitupe ret

*etiam longanimis existens super illis

*& vnicuiq; opus suū

B

B

D

pit, vt vigilaret. Vigilate ergo, nescitis enim quando Dominus domus venit, serò, an media nocte, an gallicantu, an manè: ne cùm venerit repentè, inueniat vos dormien
C tes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate.] L. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs: vt cùm venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati sunt serui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia *vigilia venerit, & ita inue- *custodia
D nerit: beati sunt serui illi. M. [Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. L. Hoc autem scitote, quoniam si sci-

ret paterfamiliâs, qua hora fur ve-
neniret, vigilaret vtiq;, & non sine
ret perfodi domum suam. Et vos
estote parati, quia qua hora nō pu
tatis, filius hominis veniet.] Ait E
autē ei Petrus: Domine, ad nos di
cis hanc parabolam? an ad omnes?
Dixit autem Dominus: Quispu-
tas est fidelis dispensator & pru-
dens, quem constituit Dominus
super familiam suam, vt det illis in
*dimensum tempore tritici *mēsuram? Beatus F
ille seruus, quem cùm venerit Do
minus, inuenerit sic facientem. M.
Amen dico vobis, super omnia bo
na, L. quæ possidet, M. constituet
12 eum.] Si autem dixerit malus ille
seruus in corde suo: Moram facit
dominus meus venire, et cœperit
percutere conseruos suos. L. et an-
cillas, & edere et bibere, & inebria
ri. M. mãducet autem et bibat cum
ebriosis: L, veniet dominus serui
illius in die, qua nō sperat, & hora
quia

qua nescit, & *diuidet eum, partéque eius cum infidelibus M. & hypocritis ponet. Ibi erit fletus et stri- *dissecabit
G dor dentium. L. Ille autē seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis. Qui autē non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multùm datum est, multùm quæretur ab eo: & cui commendauerunt multùm, plus petét ab eo. Ignē veni mittere in terrā, et
H quid volo, *nisi vt accēdatur? Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsq; dum perficiatur? Putatis quia pacem veni mittere in terram? non dico vobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinque in vna domo diuisi, tres in duos, et duo in tres. Diuidetur pater in filiū, & filius in pa- *si iam accēsus est
I trem suum. Et mater in filiam, & filia

filia in matrem. Socrus in nurum suam,& nurus in socrum suam.

De decem virginibus,& decem talentis. *Mat.* 15. *Luc.* 14.
Cap. CXXXIX.

M.[TVnc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Sed quinq; fatuæ acceptis lāpadibus, nō sumpserunt oleum secum. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes, ac dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tūc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampa- A B

des

des nostræ extinguuntur. Respon derunt prudentes, dicētes: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. *Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicētes: Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diē neq; horā.]‡[Sicut enim homo peregrè proficiscēs vocauit seruos suos, & tradidit
B illis bona sua. Et vni dedit quinq; talenta, alij aūt duo, alij verò vnū: vnicuiq; secundū propriam *virtutem, & profectus est statim. Abijt aūt qui quinq; talēta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq;. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui aūt vnū acceperat, abijt & fodit in

*Postremùm

‡*in qua filius hominis veniet.*

De *decem talentis.*

*potentiam

terram & abſcondit pecuniam domini ſui. Poſt multum verò temporis venit dominus ſeruorũ illorum & poſuit rationẽ cum eis. Et accedens, qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talẽta, dicens: Domine, quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinq; ſuper lucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te cõſtituã. Intra in gaudium Domini tui. Acceſsit autem & qui duo talẽta acceperat, & ait: Domine, duo talẽta tradidiſti mihi, ecce alia duo ſuperlucrat⁹ ſum. Ait ille dominus eius: Euge, ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituã. Intra in gaudiũ Domini tui.] C
Accedens autẽ & qui vnũ talentũ
*noui te aceperat, ait: Domine, *ſcio quia homo durus es: metis vbi nõ ſeminaſti, & congregas vbi nõ ſparſiſti:
Et ti-

Et timens, abij: & abſcondi talentum tuum in terram. Ecce, habes quod tuũ eſt. Reſpondens aũt Dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas quia meto vbi nõ ſeminaui, & congrego vbi non ſparſi, oportuit ergo te pecuniam meã committere numularijs, & veniẽs ego accepiſſem vtique, quod me-
D um eſt, cum vſura. Tollite igitur ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti, dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum eijcite in tenebras ex
E teriores. Illic erit fletus, & ſtridor dentium. [*Parabolam de de decem mnis, vide ſuprà, capite* CXII.]

De vẽtilatione areæ in extremo iudicio. *Mat.25. Cap.CXL.*

[CVm autem venerit filius ho-
A minis in * maieſtate ſua, & *glori

ſancti omnes angeli eius cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum oēs gentes, & ſeparabit eos abinuicē, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidē à dextris, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet B
Rex, his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum vobis regnum à cō-
Eſa.58.b ſtitutione mundi. Eſuriui enim, &
Eze.18.b dediſtis mihi manducare: ſitiui, &
Eccl.7.d dediſtis mihi bibere: hoſpes erā, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere erā, & veniſtis ad me. Tūc reſpōdebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus? ſitientem, & dedimus tibi potū? Quando autem C
te vidimus hoſpitē, & collegimus? aut nudum, & cooperuimus te? Aut quādo te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?

Et respondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis,
D mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris eius erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus & non operuistis me: infirmus, & in carce, & non visitastis
E me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando vidimus te esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quādiu non fecistis vni de* minoribus his, nec mihi fecistis. Et i-
F bunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.]

Psal. 6. c

*minimis

De vltimo reditu Christi à monte Oliueti in Bethaniã.

Luc.22. Mar.11. Mat.26.

Cap. CXLI.

L. APpropinquabat autem dies A
festus azymorum, qui dicitur
Pascha. Et factum est cùm cõ
summasset Iesus sermones hos om
nes, dixit discipulis suis: Scitis
quia post biduũ Pascha fiet, & fi-
lius hominis tradetur, vt crucifiga E
tur. R. Cùm autem iam vespera B
esset hora, exijt in Bethaniam cum
duodecim.

De Alabastro vnguenti.

Ioan.12. Mar.14. Mat.26.

Cap. CXLII.

FEcerunt autem ei cœnam ibi, I.
R. in domo Simonis leprosi. I. C
Et Martha ministrabat: Laza-
rus verò erat vnus ex discumben-
tibus. R. Et cùm recũberet, I. Ma- D
ria

ria accepit libram vnguenni nardi pisticæ preciosi,& vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius,R. & fracto Alabastro effudit super caput M. ipsius recumbẽtis, I. & domus repleta est ex odore vnguenti.R.Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos discipuli, & dicentes: * Vt quid perditio hæc vnguenti facta est? I. Dixit ergo vnus ex discipulis eius, *I
E Iudas Iscariotis, qui eũ erat traditurus: Quare hoc vnguentum nõ venijt trecentis denarijs, & datũ est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis * pertinebat ad eũ, sed quia fur erat, & * loculos habens, & ea quæ mittebantur, portabat.R. Et fremebant in eam. M. Sciẽs autẽ Iesus,ait illis: R. Sinite illã.I.in diẽ sepulturæ meæ seruat illud .M. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonũ operata est in me. R. Semper enim paupe-
*curae esset illi *marsupium
res

res habetis vobiſcum: & cùm voluerітis poteritis eis benefacere: me autem non ſemper habebitis. Quod habuit, hoc fecit. Præuenit vngere corpus meũ in ſepulturam. M. Mittens enim vnguentũ hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, & quod hæc fecerit R. narrabitur in memoriam *eius. F B

*mulieris, ſupple

De Chriſti vẽditione facta per Iudã. *Mat.26 Lucæ.22. Mar.14 Cap.* CXLIII.

M. TVnc congregati ſunt principes ſacerdotũ, & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & concilium fecerunt. R. Et quærebant ſummi ſacerdotes & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. L. Timebant verò plebem, C

D bem. M. Dicebant autem: Non in
die festo: Ne fortè tumultus fie-
ret in populo. L. Intrauit autē Sa-
tanas in Iudā, qui cognominaba-
tur Iscariotes, vnum de duodecim:
& abijt M. ad principes sacerdo-
tum R. & summos sacerdotes, vt
proderet eū illis. L. Et loquutus
est cū principibus sacerdotū & ma
gistratibus quemadmodum illum
traderet eis, M. & ait illis: Quid
vultis mihi dare, & ego vobis eum
tradā? R. Qui audiētes gauisi sunt,
& promiserūt, L. & pacti sunt pe-
cuniam illi dare. M. At illi con-
stituerunt ei triginta argēteos
L. & spopōdit. M. Et ex-
inde quærebat oppor
tunitatem vt eū op
portunè trade
ret L. sine
turbis.


Liber tertius.

De Egressu Christi.

De missione Petri, & Ioannis, vt pararent Pascha.

Ioan.22. Mat.26. Mar.14. Lucæ.22

Cap. CXLIIII.



NTE diem Festum paschæ, R. primo die azymorum, quando pascha immolabant: L.& in quo necesse erat *occidi pascha: M.accesserunt discipuli ad IESVM: R. & dicunt ei discipuli: Quò vis eamus, & paremus tibi, vt manduces Pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, L. Petrum & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis Pascha, vt

[L A

*immolari

vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: M. Ite in ciuitatem ad quendam.
B L. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patrifamiliâs domus: Dicit tibi magiſter. M. Tempus meũ prope eſt, apud te facio Paſcha cũ diſcipulis meis. R. Vbi eſt refectio mea L. & diuerſorium, vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe oſtendet vobis cœnaculũ magnum ſtratum, & ibi parate nobis. R. Et abierunt diſcipuli eius, & venerunt in ciuitatem. L. Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis Ieſus: & parauerunt Paſcha.

De comeſtione agni paſchalis in cœna domini.

Mat.26. Mar.14. Lucæ.22.

Cap. CXLV.

M.& R. VEspere autē facto, venit [à] Bethania in Hierusalem] cum duodecim. L. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequā patiar. Dico enim vobis, quia *ex hoc [*id est, post hanc horam*] *non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite‡, & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quòd non bibam de * generatione vitis, donec regnum Dei veniat. D

*posthac
*nó edā vltra ex eo
‡*hoc*
*germine

De ablutione pedum, & obscura proditoris manifestatione. *Ioan.13.*

Cap. CXLVI.

SCiens Iesus quia venit hora eius, vt transeat de hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finē dilexit A

cos;

eos: & cœna facta [*agni typici*] cũ iam diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotis: sciens quia omnia dedit ei
B pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Et cũ accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum suorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonẽ Petrum, & dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes? Respõdit Iesus & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies aũt, postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantùm pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est non ✝ indiget nisi vt pedes lauet, sed ✝opus habet

sed

ſed eſt mundus totus. Et vos mun
di eſtis, ſed non omnes. *Sciebat ná*
que quiſnam eſſet, qui traderet
eum. Propterea dixit: Non *eſtis*
mundi omnes. Poſtquam ergo *la-*
uit pedes eorũ, & accepit veſtimen
ta ſua, cùm recubuiſſet iterum, *di-*
xit eis: Scitis, quid fecerim vobis?
Vos vocatis me magiſter & domi-
ne, & bene dicitis, ſum etenim. *Si*
ergo ego laui pedes veſtros domi-
nus & magiſter, & vos debetis al-
ter alterius lauare pedes. Exemplũ
enim dedi vobis, vt quemadmodũ
ego feci vobis, ita & vos faciatis.]
Amen amẽ dico vobis, nõ eſt ſer-
*legatus uus maior domino ſuo, neq; *apo
ſtolus maior eo qui miſit illum. Si
hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis
ea. Non de omnibus vobis dico, D
[*quod eritis beati*] ego ſcio quos ele
gerim: ſed vt adimpleatur ſcriptu
Pſa. 40 c ra, Qui manducat mecum panem
leuabit contra me calcaneum ſuũ.
Amo-

Amodo dico vobis prius quã fiat, vt cùm factũ fuerit, credatis quia ego sum.

De sacramenti Eucharistię institutione. *Mat.26. Mar.14. Lucæ.22. Cap.cxlvij.*

A COenantibus autem eis, accepit Iesus panem, L. gratias egit, M. Benedixit, ac fregit de ditq; discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum. L. quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationẽ. Similiter & calicem postquã cœnauit M. accipiẽs, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est sanguis meus noui testamenti. L. Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine, qui pro vobis M. & pro multis effun- M.
B detur in remißionẽ peccatorũ. Dico aũt vobis, quia nõ bibã amodo de hoc genimine vitis, vsq; in diẽ illum,

illum, cùm illud bibam nouum vobiſcum in regno patris mei. R. Et biberunt ex eo omnes.

De apertiori proditoris manifeſtatione eiusq́ egreſſu. *Mat.26. Ioan.13. Lucæ.22. Mar.14. Cap.* CXLVIII.

Amen amen dico vobis, qui I.
accipit ſi quem miſero, me ac- A
cipit. Qui autem me accipit,
accipit eum qui me miſit. Cũ hæc
dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpiritu,
*teſtatus & *proteſtatus eſt, & dixit, Amen
amen dico vobis, quia vnus ex vo
bis me tradet, R. qui manducat
mecum. I. Aſpiciebant ergo adin- B
uicem diſcipuli, hæſitantes de quo
diceret. M. Et cõtriſtati valde cœperunt
ſinguli R. & ſingulatim
M. dicere: Nunquid ego ſum Domine?
At ille reſpondens, ait illis:
Vnus ex duodecim, qui intingit,
*catino mecum manum in *paropſide hic C
me

me tradet. Filius quidem hominis
vadit, sicut scriptum est de illo.
Vę autem homini illi, per quem fi-
lius hominis tradetur. Bonum e-
rat ei, si natus non fuisset homo il-
le. Respondens autem Iudas, qui
tradidit eum, dixit: Nunquid ego
D sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. I.
Erat ergo recumbens vnus ex dis-
cipulis eius in sinu Iesu, quem di-
ligebat Iesus. Innuit ergo huic Si-
mon Petrus, & dixit ei: Quis est,
de quo dicit? Itaq; cùm recubuis-
set ille super pectus Iesu, dicit ei:
Domine quis est? Respondit Ie-
sus: Ille est, cui ego intinctum pa-
nem porrexero. Et cùm intinxis-
set panem, dedit Iudæ Simonis Is-
cariotis. Et post buccellā intrauit
in eum Satanas. Et dicit ei Iesus:
E Quod facis, fac citius. Hoc autem
nemo sciuit discūbentium, ad quid
dixerit ei. Quidam enim putabāt,
quia loculos habebat Iudas, quòd

dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quæ opus
ſunt nobis ad diem feſtum. Aut e-
genis vt aliquid daret. Cùm ergo
accepiſſet ille: exiuit continuo. E-
rat aũt nox. Cùm ergo exiſſet, di-
xit Ieſus: Nunc clarificatus eſt fi-
*glorificatus lius hominis, & Deus * clarificatus F
eſt in eo. Si Deus clarificatus eſt in
eo, & Deus clarificabit eum in ſe-
metipſo. Et continuo clarificabit
eum.

De quæſtione, quis diſcipulorum eſſet maior & prędictione negationis Petri. *Mat.26. Mar.14. Luc.22. Ioan.13.* *Cap.* CXLIX.

L. ET ipſi cœperunt quærere in- A
ter ſe, quis eſſet, qui eum tra-
diturus eſſet. ſ Facta eſt autem
& contentio inter eos, quis eorum
videretur eſſe maior. Dixit autem
eis: Reges gentium dominantur
eorum, & qui poteſtatem habent
ſuper-

ſuper eos, benefici vocantur. Vos
autem non ſic. Sed qui maior eſt in
vobis, fiat ſicut minor, & qui*præ *dux
ceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam
quis maior eſt, qui recũbit, an qui
miniſtrat? Nónne qui recumbit?
Ego autẽ in medio veſtrum ſum,
ſicut qui miniſtrat. Vos autem e-
ſtis, qui permanſiſtis mecũ in ten-
tationibus meis. Et ego diſpono
vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater
meus, regnum, vt edatis & biba-
tis ſuper menſam meam in regno
meo, & ſedeatis ſuper thronos
iudicantes duodecim tribus Iſ-
B raël.] M. Tunc dixit illis Ieſus:
Omnes vos ſcandalum patiemini
in me in iſta nocte, quia ſcriptum
eſt. Percutiam paſtorem, & diſper zac.13.e
gentur oues gregis. Sed poſtquam
reſurrexero, præcedam vos in Ga
lilęam. Reſpondens autem Petrus,
ait illi: Etſi omnes ſcandalizati fue
rint in te, nunquam ſcãdalizabor.

Et ait illi Ieſus: L. Simon ecce Sa- C
tan expetiuit vos, vt cribraret ſicut
triticum. Ego autem rogaui pro te,
vt non deficiat fides tua. Et tu ali-
quando conuerſus, confirma fra-
tres tuos. I. Filioli adhuc modicũ D
vobiſcum ſum. Quæretis me, & ſi-
cut ego dixi Iudæis, Quò ego va-
do, vos non poteſtis venire. Et vo
bis dico modo: Dicit ei Simon Pe
trus: Domine quo vadis? Reſpon-
dit Ieſus: Quò ego vado, non po-
tes me ſequi modo. Sequêris autẽ
‡Domine poſtea. Dicit ei Petrus: ‡Quare
non poſſum te ſequi modo? Do-
mine tecum paratus ſum, & in car-
cerem, & in mortem ire. Animam
meam pro te ponam. Reſpondit ei
Ieſus: Animam tuam pro me po-
nes? Amen amen dico tibi: M. In
hac nocte; R. priuſquam gallus bis
vocem dederit, ter me es negatu-
rus. At ille amplius loquebatur:
M. Etſi oportuerit me mori tecum

te non negabo. Similiter & omnes
E discipuli dixerunt. L. Et dixit eis:
Quando misi vos sine sacculo &
pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerũt:
Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc
qui habet sacculum, tollat, similiter
& peram. Sed qui non habet, vendat tunicã suam, & emat gladium.
Dico enim vobis, quoniam adhuc
quod scriptum est, oportet impleri
in me: Et cùm iniquis iustus deputatus est. Etenim ea quæ sunt de
me, finem habent. At illi dixerunt:
F Ecce duo gladij hic. At ille dixit
eis: Satis est.

De prima parte sermonis Dñi in cœna. *Ioan. 13. & 14. Matth. 26.* *Cap.* CL.

A Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Mandatum nouum I.
do vobis, vt diligatis inuicem,
sicut dilexi vos, vt & vos diligatis

inuicem. In hoc cognoscēt omnes,
quia mei estis discipuli, si dilectio-
14 nem habueritis ad inuicē. [Et ait:
non turbetur cor vestrum. Credi-
tis in Deum, & in me credite. In
domo patris mei mansiones multę
*Sin minus sunt.*Si quo minus, dixissem vo-
bis, quia vado parare vobis locū.
Et si abiero, & præparauero vobis
*venturus sum locum, iterum*venio ad vos, & ac
cipio vos ad meipsum, vt vbi ego
sum, & vos sitis. Et quo ego va-
do, scitis, & viam scitis. Dicit ei
Thomas: Domine, nescimus quo B
vadis, & quomodo possumus viā
scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via,
veritas & vita. Nemo venit ad pa-
trem, nisi per me. Si cognouissetis
me, & patrem meum vtiq; cogno-
uissetis, & amodo cognoscetis eū,
et vidistis eum. Dicit ei Philippus:
Domine ostende nobis patrem, &
sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tan-
to tempore vobiscum sum, & non

cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patré meum. Quomodo tu dicis: Ostende nobis patrem? Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est? alioqui propter opera ipsa credite ‡ Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem ‡mihi
C vado. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam,] vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. [Si diligitis, me,
D mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium * paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest *consolatorem

accipere,quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum,quia apud vos manebit,& in vobis erit.Non relinquam vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicum,& mundus me iam non videt.Vos autem videtis me,quia ego viuo,& vos viuetis: In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea,& seruat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo,& ego diligam eum, & *manifestabo ei meipsum.] Dicit ei Iudas, non ille Iscariotis: Domine quid factum est, quia manifestaturus es teipsum nobis, & nõ mundo? Respondit Iesus, & dixit ei. [Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum,& ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me,sermones meos non

*insinuabo

E

F

os non

os non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manẽs. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & *suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meã do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ, neq; formidet. Audistis, quia dixi vobis, * Vado & venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq;, quia‡vado ad patrẽ, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis, prius quàm fiat, vt cùm factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio.] Surgite eamus

*submonebit

*Abeo

‡dixi

hinc.M. Et hymno dicto exierūt.
[*extra ciuitatē, verſus mōtem oliueti.*

De reſiduo ſermonis Domini, facti poſt vrbis egreſſum, modò eundo, modò ſtando. *Ioan.* 15.16.17.

Cap. CLI.

15 EGo ſum vitis vera, & pater [
meus agricola eſt. Omnē pal- A
mitem in me non ferentē fru-
ctum, tollet eum: & omnē qui fert
fructum, purgabit eū, vt fructum
plus adferat. Iam vos mundi eſtis
propter ſermonem, quem loquu-
tus ſum vobis. Manete in me, & e-
go in vobis. Sicut palmes non po-
teſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi
manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in
me manſeritis. [Ego ſum vitis, &
vos palmites. Qui manet in me, & B
ego in eo, hic fert fructū multum:
quia ſine me nihil poteſtis facere.
Si quis in me nō manſerit, mittetur
foras

foras, sicut palmes: & arescet, & col
ligent eum, & in ignem mittent, &
C ardet. [Si manseritis in me, & ver-
ba mea in vobis manserint, quod-
cunq; volueritis, petetis, & fiet vo
D bis.] In hoc *clarificatus est pater *glorifi-
meus, vt fructum plurimum adfe- catus
ratis, & efficiamini mei discipuli.
Sicut dilexit me pater, & ego dile-
xi vos. Manete in dilexione mea.
Si pręcepta mea seruaueritis, mane
bitis in dilectione mea, sicut & ego
præcepta patris mei seruaui, & ma
neo in eius dilectione. Hæc loquu
tus sum vobis, vt gaudium meum
in vobis sit, & gaudium vestrum
E impleatur.] [Hoc est præceptum
meũ, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi
vos. Maiorẽ hac dilectione nemo
habet, quàm vt animã suam ponat
quis pro amicis suis. Vos amici mei
estis, si feceritis, quę ego præcipio
vobis. *Iam non dicã vos seruos, *Post-
quia seru⁹ nescit, quid faciat domi hac
nus

nus eius. Vos autem dixi amicos
quia omnia quæcunq; audiui à pa
tre meo, nota feci vobis. Non vos
me elegistis, sed ego elegi vos, &
posui vos, vt eatis & fructum ad-
feratis, & fructus vester maneat: vt
quodcunque petieritis patrem in
nomine meo, det vobis] [Hæc F
mãdo vobis, vt diligatis inuicem.
Si mundus vos odit, scitote, quia
*prius q̃ vos me*priorem vobis odio habuit. Si
de mundo fuissetis, mundus quod G
suum erat, diligeret: quia verò de
mundo non estis, sed ego elegi vos
de mundo, propterea odit vos mũ
dus. Mementote sermonis mei,
quem ego dixi vobis: Non est ser
uus maior domino suo. Si me per-
secuti sunt, & vos persequentur.
Si sermonem meum seruauerint,
& vestrum seruabunt, Sed hęc om
nia facient vobis propter nomen
meum, quia nésciunt eum, qui mi
sit me. Si non venissem, & loquu-
tus

tus eis non fuissem, peccatum non
haberent. Nunc autem *excusatio- *prętex-
nem non habent de peccato suo. tum.
Qui odit me odit & patrē meum.
Si opera non fecissem in eis, quæ
nemo alius fecit, peccatum non ha
berent. Nunc autem & viderunt,
& oderunt & me, & patrem meū.
Sed vt adimpleatur sermo qui in
lege eorum scriptus est: Quia odio Psa.24.c
H habuerunt me gratis.] [Cum aūt
venerit paracletus, quem ego mit-
tam vobis à patre, spiritum veri-
tatis, qui à patre procedit, ille testi
monium perhibebit de me. Et vos
testimonium perhibebitis, quia ab 16
initio mecum estis. Hæc loquutus *alienos
sum vobis, vt non scandalizemini. à syna-
*Absq; synagogis facient vos. Sed gogis fa
venit hora, vt omnis, qui interfi- cient, id
cit vos, arbitretur *obsequium se est, excō
præstare Deo. Et hæc facient vo- munica-
bis, quia non nouerunt patrē neq; bunt
me. Sed hæc loquutus sum vobis, *cultū.

vt cùm venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.] Hæc autem vobis ab initio non di I
xi, quia vobiſcum eram. Et nunc [vado ad eum, qui me miſit, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hæc loquutus ſum K
vobis, triſtitia impleuit cor veſtrũ, ſed ego veritatem dico vobis, Expedit vobis, vt ego vadã. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos, Si autẽ abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit, ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iuſtitia verò, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autẽ, quia princeps huius mundi iã iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cùm autem venerit ſpiritus ille Veritatis * docebit vos omnẽ veritatem. Non e-

*ducet vos in

nim.

nim loquetur à semetipso, sed quę
cunq; audiet, loquetur, & quæ vē
tura sunt, annūtiabit vobis. Ille me
clarificabit, quia de meo accipiet,
& annuntiabit vobis. Omnia quę
cunq; habet pater, mea sunt: prop-
terea dixi, quia de meo accipiet, &
L annuntiabit vobis.] [Modicum,
& *iam nō videbitis me, & iterum *ampli⁹
modicū, & videbitis me, quia va-
do ad patrē. Dixerunt ergo ex dis
cipulis eius adinuicem: Quid est
hoc quod dicit nobis: Modicum
& iam non videbitis me, & iterum
modicū & videbitis me, & quia va
do ad patrē? Dicebant ergo: Quid
est hoc, quod dicit nobis Modicū?
Nescimus, quid loquitur. Cogno
uit autē Iesus, quia volebant eū in
terrogare, & dixit eis: De hoc quę
ritis inter vos, quia dixi. Modicū
& non videbitis me, & iterū modi
M cū, & videbitis me. Amē amē dico *lamen-
vobis, quia plorabitis & * flebitis tabitis.
vos

vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cùm parit, tristitiã habet, quia venit hora eius. Cùm autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mũdum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis:] & in die illo me non rogabitis quicquam. [Amen amen dico vobis. N

*Quod cunq;

*Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hęc in prouerbijs loquutus sum vobis. Venit hora, cùm iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis

tetis. Et nó dico vobis, quia ego ro
gabo patrem de vobis. Ipse enim
pater amat vos, quia vos me ama-
stis, & credidistis, quia à Deo exi-
ui. Exiui à patre, & veni in mun-
dum: iterũ relinquo mundũ, & va
O do ad patrem. Dicunt ei discipuli
eius: Ecce nunc palam loqueris, &
prouerbium nullũ dicis. Nunc sci
mus, quia scis omnia, & non opus
est tibi, vt quis te interroget. In
hoc credimus, quòd à deo existi.]
P Respondit eis Iesus: [Modo cre-
ditis. Ecce venit hora, & iam ve-
nit vt dispergamini vnusquisq; in
propria, & me solũ relinquatis. Et
tamen non sum solus, quia pater
mecum est. Hęc loquutus sum vo-
bis, vt in me pacẽ habeatis. In mũ-
do pressuram habebitis: sed confi-
Q dite, ego vici mundũ. Hæc loquu 17
tus est Iesus, [& subleuatis in cœ-
lum oculis, dixit: Pater venit hora,
clarifica filium tuum, vt filius tuus

clarificet te: ſicut dediſti ei poteſta
tem omnis carnis, vt omne quod
dediſti ei, det eis vitã æternã. Hæc
eſt autem vita æterna, vt cognoſ-
cant te ſolũ Deum verum, & quẽ
miſiſti Ieſum Chriſtum.] Ego te R
clarificaui ſuper terram, opus con-
ſummaui, quod dediſti mihi vt fa-
ciam. Et nunc clarifica me tu pater
apud temetipſum claritate quam
habui prius, quàm mundus fieret,
apud te. Manifeſtaui nomen tuum
hominibus, quos dediſti mihi de
mundo. Tui erant, & mihi eos de-
diſti, & ſermonem tuum ſeruaue-
runt. Et nũc cognouerũt, quia om
nia quæ dediſti mihi, abs te ſunt:
quia verba quæ dediſti mihi, dedi
eis, & ipſi acceperunt & cognoue-
runt verè, quia à te exiui, & credi-
derũt, quia tu me miſiſti. Ego pro S
eis rogo, nõ pro mundo rogo, ſed
pro his quos dediſti mihi, quia tui
ſunt. Et mea omnia tua ſunt, & tua
mea

mea sunt, & clarificatus sum in eis.
Et iã non sum in mundo & hi in
mundo sunt, & ego ad te venio.
T Pater sancte serua eos in nomine
tuo, quos dedisti mihi; vt sint vnũ;
sicut & nos. Cum essem cum eis;
‡ego seruabã eos in nomime tuo: ‡*in mundo*
quos dedisti mihi, custodiui, & ne
mo ex eis perijt, nisi filius perdi-
tionis, vt scriptura impleatur. Nũc *psal.*
autem ad te venio, & hæc loquor 18.*b*
in mundo, vt habeant gaudium
meum impletum in semetipsis. E-
go dedi eis sermoné tuum, & mun
dus eos odio habuit: quia nó sunt
de mundo, sicut & ego non sum
V de mundo. Nó rogo, vt tollas eos
de mundo, sed vt serues eos à ma-
lo. De mundo non sunt, sicut &
ego nó sum de mundo. Sanctifica
eos in eos veritate. Sermo tuus ve
ritas est. Sicut tu me misisti in mũ
dum, & ego misi eos in mundũ, &
ego pro ipsis sanctifico meipsum,

vt ſint & ipſi ſanctificati in verita-
‡tua te‡. Non pro his autem rogo tan-
tùm ſed & pro eis, qui credituri
ſunt per verbũ eorũ in me, vt om
nes vnũ ſint, ſicut tu pater in me,
& ego in te, vt & ipſi in nobis vnũ
ſint, vt mũdus credat, quia tu me
miſiſti. Et ego claritatẽ, quã tu de-
diſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum,
ſicut & nos vnum ſumus. Ego in X
eis & tu in me, vt ſint conſumma-
ti in vnum, & cognoſcat mundus,
quia tu me miſiſti, & dilexi eos, ſi-
cut & me dilexiſti. Pater quos de-
diſti mihi, volo vt vbi ego ſum, &
illi ſint mecum, vt videant claritaſ-
tem meam quã dediſti mihi, quia
dilexiſti me ante conſtitutionem
mundi. Pater iuſte, mundus te non Y
cognouit. Ego autem te cognoui,
& ij ignouerunt, quia tu me miſi-
ſti, & notum feci eis nomen tuum,
vt dilectio, qua dilexiſti me, in ip-
ſis ſit, & ego in ipſis.

De

De ingressu Christi in hortum & de oratione, & captiuitate sua. *Matt.26. Mar.14. Lucæ.22. Ioan.18.*

Cap. CLII.

I. HAec cùm dixisset Iesus egres-
A sus est cum discipulis suis, L.
secundum consuetudinē M.
in montem Oliueti, I. trans tor-
rentem Cedron, M. in villam R.
cui nomē Gethsemani. I. vbi erat
hortus, in quē introiuit ipse & dis-
cipuli eius. Sciebat autē & Iudas,
qui tradebat eum, locum quia fre-
quenter conuenerat Iesus illuc cū
discipulis suis. M. Et dixit discipu
lis suis: Sedete hic, donec vadam
B illuc & orē. Et coassumpto Petro
& duobus filijs Zebedæi, cœpit
contristari & mœstus esse, R. pa-
uere & tædere. M. Tunc ait illis: *Mœsta
*Tristis est anima mea vsque ad *Manc-
mortem. * Sustinete hic, & vigi- te

late mecum. L. Et ipse auulsus est
*fermè ab eis, quantum *iactus est lapidis.
ad iactū M. Et progressus pusillum, proci-
dit in faciem suam R. super terrā,
& orabat, vt si fieri posset, trāsiret
ab eo hora. Et dixit: Abba pater, C
omnia possibilia sunt tibi, transfer
hunc calicem à me: sed non quod
ego volo, sed quod tu. M. Et venit
ad discipulos suos, & inuenit eos
dormientes. Et dixit Petro sic: R.
Simon dormis? Non potuisti vna
hora vigilare mecum? Vigilate, &
orate, vt non intretis in tentatio-
nem. Spiritus quidem promptus
est, caro autem infirma. M. Iterum
secundo abijt & orauit R. eundē
sermonē, dicens: M. Pater mi, si nō D
‡ā me potest hic calix transire ‡ nisi bibā
illum, fiat voluntas tua. Et venit
iterum & inuenit eos dormientes:
Erant enim oculi eorum grauati,
R. & ignorabāt quid responderēt
ei. M. Et relictis illis, iterum abijt
tertio,

tertio, & orauit eundem sermonē.
L. Et positis genibus orabat, dicens: Pater si vis, transfer calicem istum à me: Veruntamen nō mea, sed tua voluntas fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo, cōfortās eū. Et factus in agónia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in ter
E ram. Et cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait ilis: Quid dormitis? R. Dormite iā, & requiescite, Sufficit. L. Surgite & orate, ne intretis in tentationē. M. Ecce appropinquabit hora, & fili⁹ hominis tradetur in manus peccatorū. Surgite eamus: R. Ecce qui me tradet, prope est. I. Iudas ergo cū accepisset co-
F hortē, & à pōtificibus & Phariseis ministros; venit illuc cū *laternis, *lucernis & facibus, & armis. M. Et adhuc Iesu loquente, ecce Iudas Iscario-

tis vnus ex duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & fusti- I
bus & lignis missi à principibus sa cerdotũ, & Scribis, & senioribus populi. R. Dederat autem traditor eis signũ, dicẽs: Quęcunq; oscula G
tus fuero, ipse est: tenete eũ, & du-
*securè cite*cautè. L. Et antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscula retur eum. R. Et cùm venisset, statim accessit ad eum, & ait: M. Aue rabbi. Et osculatus est eũ. Dixitq;
*vades? ei Iesus: Amice, ad quid*venisti? K
L. Iuda, osculo filium hominis tra dis? I. Iesus itaq; sciens omnia, quę ventura erãt super eum processit,
& dixit eis: Quem quæritis? Re- H
sponderunt ei: Iesum Nazarenũ. Dixit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradidit eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis Iesus, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderũt in terrã. Iterum ergo eos interrogauit: Quem quæritis? Illi

autem

autem dixerunt Iesum Nazarenũ.
I Respódit Iesus: Dixi vobis, Quia
ego sum. Si ergo me quęritis, sinite
hos abire. Vt impleretur sermo,
quem dixit: Quia quos dedisti
mihi non perdidi ex eis quenquã.
M. Tunc accesserunt, & manus in-
iecerunt in Iesum, & tenuerunt
eum. L. Videntes autem hi, qui cũ
ipso erant, quod futurum erat, di-
xerunt ei: Domine, *si percutimus *nõ per-
in gladio? I. Simon ergo Petrus cutiem?
K L. vnus ex illis I. habens gladium,
eduxit eum, & percutit pontificis
summi sacerdotis seruum, & ab-
scidit auriculam eius dexteram. L.
Respondens autem Iesus, ait: Sini
te vsque huc. I. Erat autem nomen
seruo Malchus. Dixit ergo Iesus
Petro: Mitte gladium tuum in va-
ginam. Calicem quem dedit mihi
pater, nõ vis vt bibam illũ? M. Om *Gen. 9. a*
nes enim, qui acceperint gladium.
gladio peribunt. An putas, quia

‡modo non possum ‡ rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebũtur
Isa.53.c scripturę? Quia sic oportet fieri. L. Et cùm tetigisset auriculã eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, Principes sacerdotum, & magistratus tẽpli, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus, cõprehendere me, cum quotidie fuerim vobiscum in templo, non extendistis manus in me. M. Et sedebam docens, & nõ me tenuistis. L. Sed hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. M. Hoc aũt totum factum est, vt adimplentur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli, relicto eo, omnes fugerunt. I. Cohors autem, & Tribunus, & ministri Iudæorum, cõprehenderunt Iesum. R. Adolescens autẽ quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, L M

nudo,& tenuerunt eũ. At ille reli
cta sindõe, nudus profugit ab eis.

De missione Iesu ad Annã: & prima negatione Petri. *Matt.26. Marci.14. Lucæ.22. Ioan. 18. Cap. CLIII.*

M A AT illi tenentes IESVM, I. li-
gauerunt, & adduxerũt eum
ad Annã primùm. Erat enim
socer Caiphæ, qui erat põtifex an
ni illius. Erat autem Caiphas, qui
consilium dederat Iudæis. Quia
expedit vnum hominẽ * mori pro *perdi
populo. Sequebatur autem Iesum
à longe Simon Petrus, & alius dis
B cipulus. Discipulus autẽ ille, erat
notus põtifici: & introiuit cum Ie
su in atrium pontificis. Petrus au-
tem stabat ad ostiũ, foris. Exiuit er
go discipulus qui era notus Põtifi
ci, & dixit ostiariæ, & introduxit
Petrũ intrò, M. vsq; in atriũ Prin
cipis sacerdotum. R. Et cũ esset Pe

trus

trus in atrio, deorſum, L.accenſo igne in medio atrio,& circũſedentibus illis, M. Petrus ſedebat foris in atrio, L. in medio eorũ : quem cùm vidiſſet M.vna ancilla, L.ſedenté ad lumen,& cũ fuiſſet intuita,dixit: Et hic cũ illo erat.I.Dicit C
ergo Petro ancilla oſtiaria, R.ſummi ſacerdotis, cũ vidiſſet Petrum calefacientem ſe,I.Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius ? L. Mulier,R.neque ſcio, neque noui quid dicas.M.Tu cũ Ieſu Galilęo eras.At ille negauit eũ corá omnibus,dicés:I.Nó ſum: L.Non no D
ui illum.I.Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat,& calefaciebát ſe. Erat auté Petrus ſtans cũ eis, & calefaciens ſe. R.Et exiuit foras in atriũ, & gallus cantauit.I. Pótifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpódit ei Ieſus:Ego palá locutus ſum mundo.

Ego

Ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo, quò omnes Iudæi, conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierũt, quid locutus ſum ipſis. Ecce, hi ſciũt quid dixerim ego. Hæc autẽ cũ dixiſſet, vnus aſsiſtens miniſtrorum, dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes pontifici? Reſpondit ei Ieſus: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: Si autem bene, quid me cædis?

De miſsione Ieſu ad Caipham: & de ſecũda, & tertia negationibus Petri in domo Caiphę: deq́ꝫ falſis teſtimonijs contra Ieſum.

Mat.26. Mar.14.
Lucæ.22. Ioan.18.

Cap. CLIIII.

ET Ieſum ligatum miſit Annas ad Caipham, Principem ſacer-

ſacerdotum, M.vbi Scribæ, & ſeniores, & Phariſæi conuenerāt. Petrus autē ſequebatur eum à longe vſq; in atriū Principis ſacerdotū. Et ingreſſus intrò, ſedebat cū miniſtris, vt videret finē. Exeunte autem Petro *ianuam, R. rurſus cùm viđiſſet illum M. alia ancilla, R. cœpit dicere circunſtantibus, M. his qui erant ibi. Hic erat cū Ieſu Nazareno. I. Erat autē Simon Petrus ſtans & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? L. Et poſt puſillum, alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. M. Et iterum negauit cum iuramēto, I. & dixit: L. O homo, non ſum: M. quia non noui hominem. Et poſt puſillum, L. interuallo facto quaſi horę vnius, alius quidam affirmabat, dicēs: Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus eſt. R. Rurſum qui aſtabant dicebāt Petro: M. Verè & tu ex illis es, R. nam

B

*in veſtibulum

nam & Galilęus es, M. loquela tua
C manifestū te facit. I. Dixit ei vnus
ex seruis Pontificis, cognatus eius,
cuius abscidit Petrus auriculam,
Nónne ego te vidi in horto cum
illo? L. Et Petrus M. cœpit anathe
matizare, detestari, & iurare, R.
quia nescio hominem istū, quem
dicitis. L. Et cōtinuò adhuc eo lo
D quente, R. iterū gallus cantauit. Et
cōuersus dominus, respexit Petrū.
R. Et recordatus est Petrus verbi,
quod dixerat ei Iesus, Priusquam
gallus cātet bis, ter me negabis. L.
Et egressus foras Petrus, fleuit a-
E mare. M. Princeps autē sacerdotū
et omne conciliū, quęrebāt falsum
testimonium contra Iesum, vt eū
morti traderēt. Et non inuenerūt,
cùm multi falsi testes accessissent,
R. Et quidā surgentes falsum testi-
moniū ferebant aduersus eū, dicen
tes: Quoniam nos audiuimus eū
dicentem, Ego dissoluam tēplum
hoc

hoc manufactum, & post triduum
aliud non manufactum ędificabo.
Et non erat conueniens testimonium illorum. M. Nouissimè autē
venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit: possum destruere
templū Dei, & post triduū reædificare illud. R. Et *conuenientia testimonia nō erant. Et surgens summus sacerdos in medium interrogauit Iesum, dicens: Nō respōdes
quicquā ad ea, quę obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei:
M. Adiuro te per Deum viuū, vt dicas nobis si tu es Christus filius
Dei, R. benedicti. M. Dixit illi Iesus: Tu dixisti. R. Ego sum. M. Veruntamen dico vobis: Amodò videbitis filiū hominis sedentem à
dextris virtutis Dei, & venientē in nubibus cœli. Tunc Princeps sacerdotū scidit vestimēta sua dicēs:

*sufficiētia

F

Blas-

Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam‡. Quid vobis vide- ‡eius
H tur? R. Qui omnes condẽnauerunt eum, eſſe reum mortis. L. Et viri qui tenebant eum, illudebãt ei. M. Tunc expuerunt in faciem eius. L. Eʒa.50 6
Et velauerunt eum, cædentes eum
I colaphis. M. Alij autẽ palmas in faciem eius dederunt, L. & interrogabant, M. dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, Quis eſt, qui te percuſsit? R. Et miniſtri eum alapis cędebant. L. Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.

De tertia conuẽtione ſeniorum, & traditione Ieſu Pilato. *Mat.* 27. *Luc.*22.23. *Mar.*15. *Ioan.* 18. 19.

Cap. CLV.

L. ET vt factus eſt dies, R confe- 22
A ſtim, M. manè conſilium inierunt R. ſummi ſacerdotes, M.

omnes Principes & Seniores populi R. cũ Scribis, & vniuerso cócilio, M. aduersus Iesum, vt eum morti traderent. L. Et duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait
x illis: Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respõdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo
‡ad ipsos filius Dei es? Qui ait‡: Vos dicitis, B
quia ego sum. At illi dixerũt: Quid adhuc desideramus testimoniũ? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum, R. & vincientes Iesum, L. duxerunt illũ I. à Caipha in prætoriũ,
23 L. ad Pilatum. I. Erat autẽ mane. C
28 Et ipsi non introierũt in prętoriũ, vt non contaminarentur, sed manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras. M. Et vinctũ tra-
diderunt

diderunt Pontio Pilato præsidi.
Tunc vidẽs Iudas, qui tradidit eũ,
quòd dãnatus esset pœnitẽtia du-
ctus, retulit triginta argẽteos prin
cipibus sacerdotum, & senioribus
populi, dicens: Peccaui, tradẽs san
guinem *iustum. At illi dixerunt: *innocẽ
D Quid ad nos? tu videris. Et proie- tem
ctis argenteis in tẽplo, recessit: &
abiens, laqueo se suspendit. Prin-
cipes aũt sacerdotũ, acceptis argen
teis, dixerunt: Nõ licet mittere in
corbonã, quia pretiũ sanguinis est:
Concilio autẽ inito, emerunt ex
illis agrum figuli in sepulturã pere
grinorum. Propter hoc vocatus est
ager ille Acheldemach, hoc est, a-
ger sanguinis, vsq; in hodiernum
diem. Tũc impletum est quòd di-
ctum est per Hieremiã prophetam Hie.15.d
dicentem: Et acceperunt triginta zac.11.c
argenteos, pretium appretiati, quẽ
appretiauerũt à filijs Israël, & dede
rũt eos in agrũ figuli, sicut cõstituit

mihi Dominus. Iesus autem ſtetit ante præſidem, I. Et dixit Præſes: Quàm accuſationem adfertis aduerſus hominem hunc? Reſpóderunt, & dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam: Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. L. Cœperunt autem accuſare eum, dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtrã, & prohibentẽ tributa dari Cæſari, & dicentẽ ſe Chriſtum Regem eſſe. Pilatus autem interrogauit eũ dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille reſpondens, ait: Tu dicis. Ait autẽ Pilatus ad principes ſacerdotum, & turbam: Nihil inuenio cauſæ in hoc homine. At illi inualeſ-
cebant

E

F

G

cebant, dicentes: Commouet populum, docens per vniuersam Iudæã, incipiens à Galilæa vsq; huc. Pilatus autem audiens Galilæá, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit, quòd de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes aũt viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quòd audiret multa de illo, & sperabat aliquod signum videre ab eo fieri. Interrogabat autẽ illum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem Principes sacerdotum, & Scribę constanter accusantes eum. Spreuit autem illũ Herodes cum exercitu suo, & illusit indutũ veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici, Herodes & Pilatus, in ipsa die. Nã antea inimici erant adinuicem. Pilatus autem conuocatis principibus
 sacer-

ſacerdorũ, & magiſtratibus, & ple-
be, dixit ad illos: Obtuliſti mihi I
hominem hunc, quaſi auertentem
populum. Et ecce ego coram vo-
bis interrogãs, nullã cauſam inue
nio in homine iſto, ex his in qui-
bus accuſatis: Sed neq; Herodes.
Nã remiſi vos ad illum, & ecce ni-
hil dignum morte actum eſt ei. E-
mendatum ergo illum dimittam. I.
18 Introiuit ergo iterum in prætο-
rium Pilatus, & vocauit Ieſum, &
dixit ei: Tu es Rex Iudæorum? Et
reſpondit Ieſus: A temetipſo hoc K
dicis, an alij tibi dixerunt de me?
Reſpondit Pilatus: Nunquid ego
Iudæus ſum? Gens tua, & Ponti-
fices tradiderunt te mihi. Quid fe-
ciſti? Reſpondit Ieſus: Regnum
meum nõ eſt de hoc mundo. Si ex
hoc mundo eſſet regnũ meum, mi
niſtri mei vtiq; decertarent, vt nõ
traderer Iudæis. Nunc autem re-
gnum meum non eſt hinc. Dixit
itaq;

itaq; ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mūdum, vt
L testimoniũ perhibeã veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, iterum exiuit Pilatus ad Iudæos, & ad Principes sacerdotum & turbas, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. M. Et cùm accusaretur à Principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tūc dixit ei Pilatus, R. Et interrogauit eum rursum, dicens: Non respondes quicquam? M. Non audis quãta aduersum te dicunt testimonia? R. Vide in quantis te accusant. Iesus autē amplius M. non respōdit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præses Pilatus vehemēter. Per diem autem festum solennem, con sueuerat Præses dimittere populo

vnum vinctum, quem voluissent,
R.& quęcunq; petissent, L. neces-
se habebat dimittere eis. M. Habe-
bat autem tūc vnum vinctum insi-
gnē, qui dicebatur Barabas. R. Et
cū ascendisset turba, cœpit rogare,
sicut semper faciebat illis. M. Con
gregatis ergo illis, dixit Pilatus: I.
Est consuetudo vobis, vt vnum di
mittam vobis in Pascha. M. Quē
vultis dimittam vobis: Barrabbā, M
an Iesum, qui dicitur Christus?
Sciebat enim, quòd per inuidiam
tradidissent eū summi sacerdotes.
Principes autē sacerdotū & senio-
res concitauerunt turbā, & persua-
serunt populo, vt peterēt Barabbā:
Iesum verò perderent. Respondēs
autē præses, ait illis: Quem vultis
vobis de duobus dimitti? At illi di
18 xerunt: Barabban. I. Erat autē Ba- N
rabbas latro, L. qui erat propter se
ditionem quandā factam in ciuita
te & homicidium, missus in carce-
rem

rem. Iterum autem Pilatus Locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. M. Quid igitur faciã de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis pręses: Quid enim mali fecit? At illi magis L. succlamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille auem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo il-
O lum, & dimittam. I. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et M. milites præsidis suscipientes Iesum, in prætorio, & cõgregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eum chlamydem coccineam circũdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis, posuerũt super caput eius: & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorũ Et expuentes in eum, acceperunt arundinem,

& percutiebant caput eius I. & da
bant ei alapas. Exiuit iterum Pila- P
tus foras, & dixit eis: Ecce adduco
eum vobis foras, vt cognoscatis,
quia in eo nullā causam inuenio.
Exiuit ergo Iesus portans spineam
coronam, & purpureum vestimen
tū, & dicit eis: Ecce homo. Cùm
ergo vidissent eum pōtifices & mi
nistri, clamabant, dicentes: Cruci-
fige, crucifige eum. Dicit eis Pila-
tus: Accipite eum vos, & crucifi-
gite. Ego enim non inuenio in eo
causam. Responderunt ei Iudæi: Q
Nos legem habemus, & secūdum
ſtram legē‡ debet mori, quia filium Dei
se fecit. Cùm ergo audisset Pila-
tus hunc sermonem, magis timuit.
Et ingressus est in prætorium ite-
rū, & dixit ad Iesum: Vnde es tu?
Iesus aūt respōsum nō dedit ei. Di
xit ergo ei Pilatus: Mihi nō loque
ris? Nescis quia potestatem habeo
crucifigere te, & potestatem habeo
dimit-

dimittere te? Respõdit Iesus: Nõ
haberes potestatem aduersus me vl
lam, nisi tibi esset datum desuper.
Propterea qui me tradidit tibi, ma
R ius peccatum habet.* Exinde quæ *Ex eo, supple tẽpore
rebat Pilatus dimittere eum. Iudæi
. autem clamabant: Si hunc dimit-
tis, non es amicus Cæsaris. Omnis
enim, qui se regẽ facit, contradicit
Cæsari. Pilatus autem cùm audis-
set hos sermones, adduxit foras Ie
sum, & sedit pro tribunali in loco,
qui dicitur Lithostratos, Hebrai-
cè autem Gabatha. M. Sedente au
tẽ illo pro tribunali, misit ad eum
vxor eius, dicens.* Nihil tibi & iu *Nequid rei sit tibi cũ iusto illo.
sto illi. Multa enim passa sum ho-
die* per visum propter eũ. R. Erat *in somnijs
S aũt hora tertia. I. Et dicit Iudæis:
Ecce rex vester. Illi autem clama-
T bãt: Tolle, tolle, crucifige eum. Di
cit eis Pilatus: Regem vestrum cru
cifigam? Respõderunt pontifices:
Non habemus regem nisi Cæsa-
rem.

rem. M. Videns autē Pilatus, quia
nihil proficeret, sed magis L. vo-
cibus magnis, M. tumultus fieret,
accepta aqua, lauit manus coram
populo, dicens: Innocens ego sum
a sanguine iusti huius. Vos videri-
tis. Et respondens vniuersus popu V
lus, dixit: Sanguis eius super nos,
& super filios nostros. Tunc R. Pi
latus volens populo satisfacere, L.
adiudicauit fieri petitionem eo-
rum. Dimisit autem illis Baraban, X
qui propter homicidium & sedi-
tionem missus fuerat in carcerem,
quē petebant. Iesum verò flagella
tum tradidit voluntati eorum, R.
vt crucifigeretur. M. Tunc milites
præsidis suscipientes Iesum in præ
torio, R. duxerunt eum in atrium
prætorij, & conuocant totam co-
hortem, & induunt eum purpura,
& imponunt ei plectentes spineam
coronam, & cœperunt salutare eū,
Aue rex Iudæorum. Et percutie-
bant

bant caput eius arundine, & conspuebant eũ. M. Et genu flexo ante eum illudebãt ei. Et postquã illuserunt ei, R. exuerunt eũ purpurã, M. & induunt eũ vestimẽtis *eius. *ꝓprijs

De eductione Iesu ad Caluariæ locum: ac eius crucifixione. *Mat.27. Mar.15. Luc.23. Ioan.19. Cap. CLVI.*

I. SVsceperunt autem Iesum, & e-
A duxerunt eum, & baiulans *sibi crucem exiuit in eum, qui di- *suam
B citur Caluariæ locum: Hebraicè golgotha. L. Et cùm ducerent eũ, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem, venientem de *villa, R. patrem Alexãdri, & Rufi. M. Hunc angariauerunt, vt tolleret crucẽ eius. L. & imposuerunt illi crucem * portare post Iesum. Sequebatur autẽ illum turba multa populi & mulierũ, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus *agro *vt portaret

uersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalē nolite flere super C
me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros; Quoniā ecce venient dies, in quibus dicēt: Beatæ steriles, & ventres, qui nō genuerūt, & vbera, quæ nō lactauerunt.

Esa.2.d Tunc incipient dicere montibus:
osee.10 b Cadite super nos. et collibus: Operite nos. Quia si in *viridi ligno

*humido hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo *nequā

*malefici cum eo, vt interficerētur. M. Et ve D
nerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est ‡ Caluariȩ locus.

‡*interpretatum* Et dederunt ei *vinum R. myrrhatum M. bibere cum felle mixtum:

*acetum et cum gustasset, R. nō accepit [*multum dȩ huiusmodi potu.*] I. Erāt autē parasceue paschȩ, hora quasi sexta.

*maleficos L. ibi crucifixerunt eum. & *latrones, vnum à dextris, & alium à sinistris. I. medium aūt Iesum. R. Et E
impleta est scriptura, quæ dicit: Et

cum

eum iniquis deputatus est. L. Ie-
sus autem dicebat: Pater dimitte il Esa.53.d
lis, nõ enim sciunt quid faciunt. I.
Scripsit autem & titulum Pilatus,
R. causę eius. I. Et posuit super cru
cem, M. super caput eius. L. Erat
autẽ & superscriptio scripta super
eum Literis Græcis, & Latinis, &
F Hebraicis, M. Hic est Iesus I. Na-
zarenus, rex Iudæorum. Hunc er-
go titulum multi Iudæorum lege-
rũt, quia prope ciuitatẽ erat locus,
vbi crucifixus est Iesus. Dicebāt er
go Pilato põtifices Iudæorũ. Noli
scribere, rex Iudęorũ: sed quia ipse
dixit: Rex sum Iudæorum. Respõ
dit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.
Milites ergo cùm crucifixissent eũ,
acceperunt vestimenta eius, & fece
runt quatuor partes, vnicuiq; mi-
G liti partem, & tunicã. Erat autẽ tu
nica incõsutilis, *desuper cõtexta *à sum-
per totũ. Dixerunt ergo adinuicẽ: mis
Nõ scindamus eã, sed sortiamur de
illa,

illa, cuius sit. Vt impleretur scriptura, M. & quod dictū est per Pro
Psa.21.d phetam dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

De irrisione Iesu in cruce: & de verbis eius, & de signis post mortem. *Mat.* 27. *Mar.* 15. *Luc.* 23. *Ioan.* 19. *Cap.* CLVII.

PRætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templū Dei, & in triduo illud reædificas. Saluū fac temetipsum. Si filius dei es, descēde de cruce. Similiter et principes sacerdotū deridebant illum, illudentes R. ad alterutrum cum Scribis M. & senioribus & dicebāt: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israël est, descendat
nunc

nunc de cruce, R. vt videamus & credamus ei. L. Se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. M. Cófidit in Deo, liberet eũ nunc, si vult. Dixit enim: Quia filius Dei sum. L. Illudebant auté ei & milites, dicétes: Si tu es rex Iudæorũ. saluũ te fac. M. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cũ eo, improperabant ei, & conuiciabantur. L. Et stabat populus *expectãs & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant auté ei & milites accedétes, & dicentes: Si tu es rex Iudæorum, saluũ te fac. Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus blasphemabat eũ dicẽs: Si tu es Christus, saluũ fac temetipsum, & nos. Respondens autem alter, increpabat illum, dicens: Neque tu times Deum, quòd in eadé damnatione es? Et nos quidem

sap. 2. d

B

*spectãs

Dd iustè,

iustè, nam digna factis recipimus:
absurdi hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine memento mei cū veneris in regnū tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso.
I. [Stabant autem iuxta crucē Iesu, Maria mater eius, & soror matris eius Maria Cleophę, & Maria Magdalene. Cùm vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum *stantē, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus *in sua.] M. A sexta autē hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terrā vsq; ad horam nonā, L. & obscuratus est sol. M. Et circa horā nonā clamauit Iesus voce magna dicens: Heli, Heli, lammach hasaph thani? Quod est interpretatum: Deus meus, deus meus, vt quid deriliquisti me? Quidā autē de

Marginalia: *absurdi; *astantē; *in suū ius; Psal. 21. a; C; D

de circunſtãtibus illic audiẽtes, di-
E cebant: Ecce Heliã vocat iſte. Cæ-
teri verò dicebãt: Sine videamus,
an veniat Helias liberans eũ. I. Po-
ſtea ſciens Ieſus, quia iam omnia
conſummata ſunt, vt conſummare
tur ſcriptura, dicit: Sitio. Vas ergo Pſal.
poſitum erat aceto plenum, M. Et 68.e
continuò currens vnus ex eis, ac-
ceptã ſpongiã impleuit aceto, et im
poſuit arundini. I. Illi autẽ ſpon-
giam* plenã aceto hyſopo circũpo *imple-
nentes obtulerunt ori eius. Cum tam
ergo accepiſſet Ieſus acetũ, dixit:
Conſummatum eſt. L. Et clamans Pſal.
voce magna Ieſus ait: Pater in ma- 20.a
nus tuas commẽdo ſpiritum meũ.
I. Et hæc dicens, inclinato capite
F tradidit ſpiritum. M. Et ecce velũ
templi ſciſſum eſt in duas partes,
à ſummo vſque deorſum. Et terra
mota eſt, & petræ ſciſſę ſunt, et mo
numenta aperta ſunt [*hac hora*,]
& multa corpora ſanctorum qui
 dor-

multę, quæ simul cum eo ascende-
rant Hierosolymam.

De Sepultura Domini.
Matth.27. Mar.16. Lucæ.23. Ioan.19. Cap. CLVIII.

I. A IVdæi ergo, quoniam parasceue
erat, vt non remanerent in cruce
corpora sabbato, (erat enim ma-
gnus dies ille sabbati) rogauerunt
Pilatum, vt frangerentur eorum
crura, & tollerentur. Venerunt er-
go milites, & primi quidem frege-
runt crura, & alterius, qui crucifi-
xus est cum eo. Ad Iesum autem
cum venissent, vt viderunt eum iã
mortuum, non fregerunt eius cru-
ra. Sed vnus militum lancea latus
eius * aperuit, & continuo exiuit *pupu-
sanguis & aqua. Et qui vidit, testi- git
monium perhibuit, & verũ est te-
B stimoniũ eius: Et ille scit, quia ve- *Ex.12.g*
ra dicit, vt & vos credatis. Facta *Nu.9.b*
sunt enim hæc, vt scriptura imple- *zac.12.c*

retur: Os non cōminuetis ex eo.
Et iterum alia ſcriptura dicit: Videbunt, in quem *transfixerūt. M.
Cùm autem iā ſero factum eſſet, R. quia paraſceue erat, quod eſt ante ſabbatum, M. venit quidā homo diues ab Arimathia L. ciuitate Iudææ M. nomine Ioſeph R. *nobilis decurio, L. vir bonus & iuſtus, M. qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu, I. occultus tamē propter meū Iudæorū, & expectans regnum Dei. Hic non conſenſerat concilio & actibus eorum. R. & audacter introiuit ad Pilatū, & petijt corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur, ſi iam obijſſet. Et accercito Cēturione, interrogauit eum, ſi iam mortuus eſſet. Et cùm cognouiſſet à Centurione I. permiſit Pilatus R. & donauit corpus M. & iuſsit reddi Ioſeph. R. Ioſeph autē mercatus ſindonem I. venit, & tulit corpus Ieſu R. & deponens eum, inuol-

*pupugerunt

*honeſtus conſul

C

D

uit M. illud in sindone munda. I.
Venit autem & Nicodemus, qui
venerat ad Iesum nocte primum,
ferens mixturam myrrhę & aloës,
C quasi libras centum. Acceperunt
ergo corpus Iesu: & ligauerunt
illud linteis cum aromatibus, si-
cut est mos Iudæis sepelire. Erat
autem in lōco vbi crucifixus est Ie
sus, hortus: & in horto monumen
tum nouū ipsius Ioseph, R. quod
E erat excisum de petra, I. in quo nō
dum quisquam positus fuerat. Ibi
ergo propter parasceuen Iudæo-
rum, quia iuxta erat monumentū,
posuerunt Iesum. M. Et aduoluit
D Ioseph lapidem, saxum magnum,
ad ostium monumenti, & abijt. R.
Maria autē Magdalena, & Maria
Ioseph aspiciebant vbi poneretur,
M. sedentes cōtra sepulchrum. L.
F Et dies erat parasceues, & sabbatū
illucescebat. Subsecutæ autē mulie
res, quæ cum eo venerant de Gali
 læa,

adierunt primo mulieres
Christi sepulchrum.
*Mat.*28. *Mar.*16. *Lucæ.*24.
*Ioan.*20. *Cap.* CLIX.

[ET cùm transisset sabbatum,
R Maria Magdalene, & Maria
A Iacobi, & Salome, emerũt aro
mata, vt venientes vngerẽt Iesum.
Et valde mane, L. & diluculo. M.
B [vespere sabbati, quæ lucescit in
prima sabbati, I. cùm adhuc essent
tenebræ, R. vna sabbatorũ, veniũt
ad monumẽtum orto iã sole. Et di
cebant ad inuicẽ: Quis reuoluet no
bis lapidem ab ostio monumenti?
R. Erat quippe magnus valde. Et
ecce terræmotus factus est mag-
nus. Angelus enim Domini descẽ
dit de cœlo, & accedens reuoluit
lapidẽ ‡, & sedebat super eũ. Erat ‡ *ab ostio*
C autẽ ⁎ aspectus eius sicut fulgur, & ⁎ species
vestimentũ eius ‡ sicut nix. Præ ti- ‡ *album*
more autẽ eius exterriti sunt custo

des,& facti sunt velut mortui.[Ve
nit maria Magdalene,& altera Ma
ria,I.ad monumētum, & vidit la-
pidē sublatū à monumēto. Cucur
rit ergo,& venit ad Simonē Petrū
& ad alium discipulum, quē ama-
bat Iesus,& dixit illis: Tulerūt Do
minū de monumento,& nescimus
vbi posuerunt eū. L. Mulieres au- D
‡& qui- tem quæ parauerāt aromata‡por-
dem cum tantes,inuenerunt lapidē reuolutū
ipsis à monumento: & ingressæ non in
uenerunt corpus Domini Iesu. Et
*perplexæ factum est, dum mēte * cōsternatæ
essent de isto, ecce duo viri steterūt
*fulguranti secus illas in veste*fulgenti. Cum
autem * timerent & declinarent
*territæ essent vultum in terrā, dixerūt ad illas:
Quid quęritis viuētē cū mortuis?
Nō est hic, sed surrexit. Recorda-
mini qualiter loquutus est vobis,
cum adhuc in Galilæa esset, dicēs:
Quòd oportet filiū homins tradi
in manus hominun peccatorum,
& cru-

& crucifigi, & tertia die resurgere.
Et recordatæ sunt verborum eius.
M. Cito euntes dicite discipulis
eius, R. & Petro, quòd præcedet
E vos in Galilæam, M. Ecce prędixi
vobis: R. ibi eũ videbitis, sicut di-
xit vobis.] At illę exeũtes, fugerũt
de monumẽto, inuaserat enim eas
tremor & pauor & nemini [*custo-
dum*] quicquam dixerunt, timebãt
enim. L. Et regressæ à monumẽto,
nuntiauerunt hæc omnia illis vn-
decim, & cæteris omnibus. Erat au
tem maria Magdalene, & Ioãna, &
Maria Iacobi, & cæteræ, quæ cum
eis erãt, quæ dicebãt ad apostolos
hęc. Et visa sunt ante illos sicut de
liramentũ verba ista, & nõ credide
rũt illis. M. Mulieres autẽ cum a-
bijssent, ecce quidã de custodibus
venerunt in ciuitatem, & nũtiaue-
runt principibus sacerdotum om-
nia, quæ facta fuerant. Et congre-
gati cũ senioribus, cõsilio accepto,
pecu-

non tamē introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequēs eum, & introiuit in monumētum, & vidit linteamina posita, & sudariū, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positū sed separatim, inuolutum in vnū locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venit primus ad monumentum, & vidit & credidit. Nondum enim sciebant scripturam, quia oporte-
B bat eū à mortuis rēsurgere.] Abierūt ergo iterum ad semetipsos discipuli: [L. Et ecce duo ex illis ibāt ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum LX. ab Hierusalem, nomine Emaus. Et ipsi loquebantur adinuicē de his omnibus, quæ acciderant.

De prima apparitione facta Magdalenæ in secundo accessu eius ad monumentū. *Matth.28. Mar.16. Ioan.20.*

Cap.

Cap. CLXI.

M VEnit Maria Magdalene vide A
re sepulchrum, & I. [stabat
ad monumentũ foris plorãs.
Dum ergo fleret, inclinauit se,&
prospexit in monumentum. Et vi-
dit duos angelos in albis sedentes,
vnum ad caput, & vnũ ad pedes,
vbi positum fuerat corpus Iesu.
Dicunt ei illi: Mulier, quid plo-
ras? Dicit eis: Quia tulerunt Do-
minum meum, & nescio vbi posue
runt eum. Hæc cum dixisset, con- C
uersa est retrorsum,& vidit Iesum
stantẽ,& nõ sciebat quia Iesus est.
Dicit ei Iesus: Mulier, quid plo- B
ras? quẽ quęris? Illa existimãs quia
hortulanus esset, dicit ei: Domine,
si tu *sustulisti illum, dicito mihi,
vbi posuisti eum, & ego eum tol-
lam. Dixit ei Iesus: Maria. Con-
uersa illa dicit ei: Raboni, quod di
citur magister. Dicit ei Iesus: No-
li me

apparitio prima

*asportasti

li me tangere. Nondum enim aſcendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum. R. Surgens autem Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Illa vadens nuntiauit his, qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus, I. quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.] R. Illi audientes, quia C viueret, & viſus eſſet ab ea, non crediderunt.

De ſecunda apparitione facta mulieribus in via, dum ſecundo redirent à monumento: deq; tertia apparitione facta Petro, dum ſecundò ſepulchrum viſeret. *Mat.* 28. *Mar.* 16. *Luc.* 24.

Cap. CLXII.

Mulie-

paruit Iesus Petro.]

De apparitione quarta in Emaus facta duobus discipulis: & quòd iam apparuerat Petro. *Luc.24. Mar.16.* *Cap.* CLXIII.

A ET factum est dum fabularentur, & *secum quærerent [*duo illi discipuli, qui ibant in Emaus*] ipse Iesus appropinquãs ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondés vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus *peregrinus es in Hierusalé, & non cognouisti, quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt ei: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo, & omni populo: & quomo-

L. *Apparitio quarta*

*simul disputarent

*aduena

do tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in dãnationé mortis, & crucifixerũt eum. Nos autem sperabamus, quòd ipse esset redempturus Israël. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ * ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicũt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt: ipsum verò non * inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O * stulti & tardi corde ad credẽdum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ. Nónne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriã suam? Et incipiens à Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis,

*diluculo peruenerunt

*viderunt

*amẽtes

quæ

quæ de ipſo erãt. Et appropinqua-
uerunt caſtello, quo ibant. Et ipſe
ſe finxit longius ire, & coëgerent
illum, dicentes: Mane nobiſcum,
quoniam aduesperaſcit, & inclina
ta eſt iam dies. Et intrauit cum il-
lis. Et factum eſt, cùm recumberet
cum illis, accepit panem, & benedi
xit ac fregit, & porrigebat illis. Et
aperti ſunt oculi eorum, & cogno-
uerunt eum, & *euanuit ab oculis *diſpa-
eorum. Et dixerunt adinuicem: ruit
Nónne cor noſtrum ardens erat
in nobis, dum loqueretur in via, &
aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgẽ
tes eadẽ hora, regreſsi ſunt in Hie-
ruſalem, & inuenerunt congrega-
tos vndecim, & eos qui cum ipſis
erant, dicentes: quòd ſurrexit Do
minus verè, & apparuit Simoni.
B Et ipſi narrabant, quæ geſta erant
in via, & quomodo cognouerunt
eum in fractione panis.]R. Nec il-
lis crediderunt.

De apparitione quinta & vltima, in die reſurrectionis facta diſcipulis abſente Thoma, deq; ipſius Thomæ incredulitate.

Lucæ. 24. *Ioan.* 20.

Cap. CLXIIII.

L.ſ *apparitio quinta* DVm autem hęc loquuntur, I. A cũ eſſet ſerò die illo, vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Ieſus, & ſtetit in medio L. eorum, & dixit eis: Pax vobis. Ego ſum, nolite timere. Conturbati verò & conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritũ videre. Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas. & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et cùm hoc dixiſſet,

oſten-

ostendit eis manus & pedes, I. &
latus. L. Adhuc autem illis nō cre
dentibus, & mirantibus præ gau-
dio, dixit: Habetis hic aliquid
quod manducetur? At illi obtule-
runt ei partem piscis assi, *& fauū *de apia
mellis. Et cùm *mādueasset coram rio fauo
illis, *sumens reliquias dedit eis, *accepis
& dixit ad illos: Hæc sunt verba set
quæ locutus sum ad vos, cùm ad- *mandu
huc essem vobiscum: quoniam ne- cauit,
cesse est impleri omnia, quæ scrip-
ta sunt in lege, & prophetis, & Psal
mis de me. Tunc aperuit illis sen- *psal.*18.b
sum, vt intelligerent scripturas, &
dixit eis: Quoniā sic scriptum est,
& sic oportebat Christum pati, &
resurgere à mortuis die tertia, &
prædicari in nomine eius pœnitē-
tiam & remissionē peccatorum in
omnes gentes:]incipientibus [*vo*
B *bis prædicare*] ab Hierosolyma. Vos
autem testes estis horum. I. Gauisi
sunt ergo discicipuli, viso Domi-

no. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctũ: Quorum remiseritis pecca C ta, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. [Thomas autem vnus ex duodecim, qui dici- *Gemel tur * Didymus, non erat cum eis, lus quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi *vesti- videro in manibus eius * fixuram gium clauorum, & mittam digitum me- *vesti- um in * locum clauorum, & mit- gium tam manum meam in latus eius, non credam.

De apparitione sexta, post dies octo facta discipulis præsente Thoma: & quod pleraq; alia fecit Deus, quæ non sunt scripta. *Ioan. 20.*
Cap. CLXV.

Et

A ET post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cũ eis, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuũ huc, & vide manus meas, et adfer manũ tuã, & mitte in latus meum: & noli esse *incredulus, sed fidelis. Respõdit Thomas & dixit ei: Dominus meus & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati qui nõ viderunt & crediderũt.] Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus Christus est filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.]

Apparitio sexta

*infidelis

De septima apparitione facta septem discipulis ad mare Tyberiadis. Et quòd

Iesus ter Petrum interrogauit, an se diligeret. *Ioan.* 21.
Cap. CLXVI.

Apparitio septima ‡ discipulis

POstea manifestauit se iterum Iesus ‡ ad mare Tyberiadis. A
Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanaël, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venîmus & nos tecum. Et exierunt, & ascẽderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autẽ iam facto, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Dixit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non. Dixit eis: Mittite in *dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere

*dexteras partes

here

here præ multitudine piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille, quē diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus cùm audiſſet, quia dominus eſt, *tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli nauigio venerunt. Non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis, trahentes rete piſcium. Vt ergo deſcē derunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcē ſuperpoſitum, & panem. Dicit eis Ieſus: Adferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc. Aſcendit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tot eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus: Venite, prandete. Et nemo audebat *diſcumbētium interrogare eum, tu quis es? ſcientes quia Dominus eſt. Et venit Ieſus & accepit panem, & dabat eis, & piſcem ſimiliter.

*pallio

*diſcipulorum

liter. Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis, cùm resurrexisset à mortuis.] [Cùm ergo prandisset, dixit Simoni Petro Iesus: Simõ Iona, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei *iterum: Simon Iona, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: *Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Iona, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me, & dicit: Domine, tu omnia scis: tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Amẽ autem dico tibi, cùm esses iunior, cingebas te, & ambulabas *vbi volebas. Cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum.] [Et cùm hoc dixisset, dixit ei: Sequere

B

*secũdò

*rege oues meas

*quò

C

me

me. Cōuersus Petrus, vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem, qui & *recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine, quis est, qui tradet te? Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Si eum volo manere, donec veniam: quid ad te? Tu me sequere. * Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille nō moritur. Et nō dixit Iesus quia non moritur: sed, Si eum volo manere: quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius.]

*recidit,

*Permanauit ergo rumor

De octaua apparitione facta vndecim discipulis in Galilæa. *Matth.* 28.

Cap. CLXVII.

[A] VNdecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montē

vbi

vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum, adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Docentes eos seruare omnia B quæcunq; mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.]

De nona & decima apparitionibus in die ascensionis dominicæ, factis discipulis.
Mar. vltim. Luc. vltim.
Cap. CLXVIII.

R. *Apparitio nona* NOuissimè autem [recumbentibus vndecim, apparuit illis A Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eum resur-
rexisse,

rexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni
B creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem, eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo, dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. L. Ego mittā promissum patris mei in vos, vos autem sedete in ciuitate, ‡quo adusq; induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. R. Et postquam locutus est eis, L. factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis: R. & assumptus, L. ferebatur in cœlum. R. & sedet à dextris Dei. L. Et ipsi adorantes regressi sunt Hierusalem.

‡ *Hierusalem*

ſalem cum gaudio magno. Et erãt ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum. R. Illi autẽ profecti prædicauerunt vbiq;, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.]

Hiſtoriæ euangelicæ concluſio. *Ioan. vltim.*

Cap. CLXIX.

SVnt autem & alia multa quæ fecit Ieſus quę ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.

Vo-

Vocabulorum

ac Locutionum aliquot obſcuriorum interpretatio.

Antequam cõuenirent. Tropus loquendi huic ſimilis, Antequã pœniteret, morte præuentus eſt.

As, aſsis, valet quatuor turonenſes denarios.

Bethania duplex: vna Marthę diſtans ab Hieruſalẽ tribus miliaribus, interiacente mõte Olïueti. Bethania altera prope Iordanem, vbi Ioannes baptizabat, diſtãs ab Hieruſalem ſedecim miliaribus.

Bethlehem in Iuda, diſtãs ab Hieruſalem quindecim miliaribus.

Bethphage, pagus erat ſacerdotum, in pede montis Oliueti.

Bethſaida in Galilæa, vnde Petrus, Andreas, Iacobus, Ioannes,

Phi-

Philippus, & Nathanaël erant, distans à Capharnaum, quatuor miliaribus.

Bethulia in Galilæa, distans à Tyberiade sex miliaribus.

Capharnaum, metropolis Galilææ, distat à Corozaim quatuor miliaribus, adiacēte mari Galilçæ.

Cæsarea Cappadociæ. Cæsarea Palæstinæ, in Samaria. Cæsarea Philippi, aliàs Velenne est in Galilæa, iuxta cuius portam oritur Iordanis.

Cana, in Galilæa distat ab Emaus Ptolemaida decē miliaribus.

Damascenus ager distat ab Ebrō iactu lapidis arcus.

Denarius, valet tres solidos, sex turonos.

Diete vnius iter, constat viginti miliaribus.

Dipondium, duo asses sunt.

Donec, notat vel tempus determinatum, quo transacto, aliquid

fit:

sit: vt, iste non comedit, donec esset hora sexta. Vel accipitur pro semper: vt, Sede à dextris meis donec, &c. Vel significat nunquam: vt, Petrus cum fratre litem commisit, & donec vixit non est ei locutus.

D*rachma* valebat tres solidos, sex turonos.

E*bron*, olim Chariatherbe, distat ab Hierusalem decemocto miliaribus.

E*maus* disyllabū, distat ab Hierusalem xl. stadijs. xv. miliaribus.

E*pulonis domus*, erat in Hierusalem.

G*alilæa superior*, est Iudæorum: Galilæa inferior Gentium, data Regi iram à Salomone.

H*iericho* distat à Iordane quatuor miliaribus ab Hierusalē sexdecim.

M*etreta* secundum Isidorū capit sex sextarios.

Mna, centum & decẽ drachmas valebat.

Naim disyllabum versus Austrum parum distat, à Nazareth.

Nathan frater vterinus Salomonis: tertium fratrem Lucas vocat Mathat.

Nazareth in Galilæa superiori, distat à monte Thabor quatuor miliaribus, et ab Hierusalem xliiij.

Obolus valebat septem turonenses denarios.

Osanna, dictio Hebræa, ab Osi, id est, salua: & ab Anna interiectione obsecrantis componitur: hoc est, Salua obsecro.

Post tres dies resurgam, ibi Post, capitur pro in: vnde sensus est, in tertia die resurgam. Post enim deducitur à Græca præpositione quæ Meta, dicitur: & non simpliciter significat Post: sed & In, & Per.

Primogenitus, vel dicitur respe-
ctu

ctu aliorũ ſecundo genitorum, vel antequẽ, nec poſt, aliquis naſcitur.

Ptolemaida, nunc Achon, diſtat ab Hieruſalem ſeptem miliaribus.

Quadrans, eſt vnus turonenſis denarius.

Quarantena, mons vbi Chriſtus ieiunauit, diſtat ab hiericho xx. miliaribus, & ab Hieruſalem xiiij.

Samaria, olim Eleuſa, nunc Sebaſte, diſtat ab Hieruſalem xxx. miliaribus.

Scandalum, aliquando capitur pro impedimento: vt, Scandalum mihi es. Neceſſe eſt vt veniant ſcãdala: neceſsitate non abſoluta, ſed conditionali: ſuppoſita enim diaboli & hominum malitia, neceſſe eſt, vt veniant ſcandala.

Sichem, aliâs Sichar, diſtat à Samaria quatuor miliaribus: & ab Hieruſalem, viginti ſex.

Siclus, & ſtater, idem: & valebat xiiij. ſolidos.

Stadia octo componunt vnum miliare.

Stater, vide Siclus.

Talĕtum valet quatuor solidos: aliquando D C. drachmarum valuit.

Thabor mõs in Galilæa superiori, distat à Bethulia sex miliaribus.

Vt particula, non est causæ, sed euentus significatiua. Non enim fecit, aut docuit Iesus, vt impleatur prophetia: sed quia ipse fecit, aut docuit, impleta est prophetia. Igitur non quia scriptum est, ideo alquid est factum: sed ideo scriptũ est, quia erat futurum.

Zachariæ Pagus versus Austrũ, distat ab Hierusalem quatuor miliaribus.

Per *Pannum rudem*, vel *Commissuram noui vestimenti*, vel *Vinum nouum*, significat ieiunium: quia hoc genus pœnitentiæ præsertim ab Ioanne inceperat. *Vestis autem vetus*

tus & Vtres, infirmitas est discipulorum. Theophylactus in ix. cap. Matthæi.

Erat quoddam ludi genus apud Iudæos, vbi in foro in partes duas pueri diuidebantur: alij ex vna parte lamentabantur: alij ex altera tibijs canebant & neque lugentes curabant tibicines, & cōtrà. Taxat ergo Dominus Pharisęos, qui neque lugebant cum Ioanne, lugubrem vitam agente: neque obtemperabant IESV, vitam præ se ferenti ciuiliorem.

Peccatum in Spiritum sanctum, est blasphemia in Deum facta directe: qua ex certa malitia, & zelo inuidiæ cum pertinaci adhæsione, & finali impœnitentia attribuuntur principi dæmoniorum sanctissima filij Dei, & Spiritus sancti opera.

Sed manducarent Pascha: id est, azymos panes: vel, sicut dicit Chry-

ſoſtomus, intenti fuerant quidam Iudæorum captioni Ieſu in veſpere lunæ xiiij. quocirca diſtulerunt in lunam xv. ſuum paſcha edere.

Prima dies azymorum, dies paſchæ dicitur, quæ incipiebat poſt occaſum ſolis lunæ xiiij. facta ſcilicet veſpera: in qua quidem veſpera, terminabatur luna xiiij. & ſimiliter incipiebat Luna xv.
Vnde cùm hęc veſpera refertur ad diem præcedentem, id eſt, ad lunam xiiij. cuius eſt finis, appellatur dies Iouis: ſed cùm reſpicit diem ſequentem, id eſt, lunam xv. cuius eſt principium, dicitur dies.
Veneris, id eſt, Feria ſexta. Hac autem feria acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, ſciſcitantes, vbi vellet ſibi parari, id eſt, immolari paſcha. Porrò cùm in Leuitico dicitur, Menſe primo decimaquarta die menſis ad veſperũ phaſe Domini celebrabitur. Veſperum, ibi et Exo di

di duodecimo, respicit diem præcedentem, capiturque pro decimaquarta die. Sed in Euangelio, cùm dicitur, Vespere facto discubuit, &c. hic vespere respicit diem sequentem, sumiturque pro luna decimaquinta, id est, pro die paschæ, quod illo anno erat feria sexta. At verò cùm legimus, Diem festum, seu, Diem solennem: ne Homonymia fallamur, festiuitatem, seu solennitatem intelligere debemus. Sed cùm dicitur: Dies azymorum, aut dies paschæ: per hoc sumitur dies naturalis, continens noctem & lucem. At Dies festus paschæ, id est, festiuitas azymorum, tantum luci, id est, diei artificiali tribui solet. Vnde Ioannis decimotertio, ante diem festum paschæ. Id perinde est, ac Ante festiuitatem: vtpote nocte præcedente lucem festiuitatis paschalis.

Lucas Euangeliſta, ſecundum aliquos, in Chriſti genealogia quadruplices filios enumerat, aliquando Naturales, aliquando Legales: interdum Adoptiuos, nonnunquam Socerinos. Et hi vltimi lege vxoria dicuntur filij patris ſuæ vxoris. Vnde licet Salathiel per Salomonem ex Dauid deſcendēs genuerit Zorobabel: potuit tamen lege vxoria deſcēdere ex eodem Dauid per Nathan, ducēdo vxorem deſcendentem ex Nathan.

Petri, Andrææ, Ioannis, & Iacobi quadruplex vocatio. Prima ad ſimplicem notitiam. pag. 33. cap. 5. Altera ad familiaritatē. pag. 43. cap. 12. Tertia ad Diſcipulatum. pag. 53. cap. 13. Quarta ad apoſtolatum. pag. 48. cap. 18.

IN.

Index materiarum Pandectae.

Evangelicae.

B

C

Caphar-

Chri-

Chri

monium

In-

 cap.

Iudæo-

Laza-

Mulier

N

P

Parabo-

Pau-

Phari-

 domum.

T

Thomas

Voca-

FINIS.

Index Euan-

GELIORVM TO-
TIVS ANNI.

Numeri qui hisce inclusi sunt notis, [ ] noctium denotant Euãgelia: alii vero dierum.

Do-

Feria

Sabbato

cap.

Sab-

T

Thomas

Voca-

FINIS.

Index Euangeliorum totius anni.

Numeri qui hisce inclusi sunt notis,[ ]noctium denotant Euãgelia: alii vero dierum.

Do-

Feria

Sabbato

Sab-

DE SANCTIS.

In

De

FINIS.

